Nota.

In ſcientia de iure ñ reperiꝛ g̃dus niſi doctoratus vel magiſterium.

ſta dicaꝛ graduatus cũ ter examinaꝛ antequã fiat baccalarius:ꝗ.ꝛc. facit
l.i.C.de elec.li.x.idẽ dico de licentiato vbiqꝫ:qꝛ in fauorabilib⁹ appel.
doctoris venit licentiat⁹ ſecus in odioſis.vt dicit Domi:in ꝓhemio.vi
ꝛ Bal.in.l.i.ff.ſolu.matri.tñ ſi diſpoſitio loquaꝛ de h.nõ ſufficit eſſe li
centiatũ.vnde ſi poteſtas teneꝛ habere doctorẽ nõ ſatiſfacit ſi haberet li
centiatũ.vt dicit Bal.in.l.penu.ff.de milita.teſta. ¶ Dico tñ ad hãc re
gulã ꝙ ſi licentiatus in iure ĩpetraret bñficia tanquã doctor:ꝙ eius ĩpetra
tio eſt ſurreptica:qꝛ birretũ ꝛ inſignia ponunꝛ ſibi tanquã doctori ꝛ nõ tã
quã licentiato.h dicit Jacob⁹ Rebuſi.in.l.ſtigmata.C.de fabri.li.xi. ideo
dico ꝙ in h caſu etiã ſi cõcurrens ſecũ nõ ſit graduatus preferreꝛ ſibi.li
cet vellet vti licentiatura tantũ cõtra eũ ꝑ predicta. ¶ Venio nũc ad ter
tiã ꝑrogatiuã ibi:colorato titulo poſſeſſores nõ poſſeſſorib⁹.ꝛc.hoc etiã
cõcordat cũ iure cõmuni.videlicet cũ.c.ſi a ſede.i.reſpõſo.de ꝓben.li. vi.
ꝛ in regl'a in prin.de regu.iu.li.vi.ꝛ debet intelligi iſta regula de colla
tiõe facta a diuerſis:qꝛ ſi a papa tñ eſſet facta duplex ꝓuiſio beneficij:vl'
a legato:vel ab ordinario.tũc ſi nõ appareret que eſſet prima nõ valeret
aliqua ipſaꝝ ar.l.duo ſunt titij.ff.de teſtamen.tute.ꝛ hoc dicũt docto
res in terminis illius.c.ſi a ſede.tamẽ Joh.de imo.dicit hoc veꝝ ibi. ſi
nullus poſſideret.ſed ſi aliquis poſſideret dicit cõtrariũ ꝑ illum tex.ſed
Dñicus intelligit hoc veꝝ quo ad hoc vt poſſeſſor abſoluaꝛ ab impetiti
one alterius.alias dicit ſecus ꝗ ad titulum.ar.c.i.de regu. iu.li.vi. ꝛ ſic
videreꝛ in hoc caſu.ſed certe ego dicerẽ ſalua determinatione.D.T.R.
ꝙ in caſu huius regl'e poſſeſſio det titulũ ſicut in caſu dicti.c.ſi a ſede.qꝛ
eſt declaratio ꝓncipis qui põt ius dare:ergo.ꝛc.ſufficiat ſi bñ recordor
vnũ dictũ Jo.an.in.c.ſi tibi cõceſſo.de ꝓben.li.vi.aliud tamẽ dicendũ
putarẽ in caſu regule infra de triennali poſſeſſore.ꝛ hoc ꝑ eius verba ibi
amplius nõ poſſet moleſtari.ꝛc.ꝛ ibi dicã forte. ꝛ ſic ſententiat rota in
caſu illius regl'e.ſed in caſu iſtius regl'e.etiã in collatõe duplici facta du
obus ab vno crederẽ ꝙ ex ꝗ indiſtincte loquiꝛ regl'a ꝙ indiſtincte debet
intelligi.qꝛ vbi lex nõ diſtinguit neqꝫ nos diſtinguere debemus.l.iij.in
fi.cũ glo:ff.de offi.preſi.ar.c.ſi romanoꝝ.xix.diſti. Et ſic dico ꝙ in caſu
hui⁹ regl'e poſſeſſio det titulũ.etiã ſi colorata ſit tantũ alias ꝙ confirmet
titulũ inualidũ vt hic ꝛ in dicto.ca.ſi a ſede. Naꝫ ex ꝗ titulus erat inua
lidus vtriuſqꝫ ratiõe dubij.vt in dicta.l.duo ſunt titij.ꝛ in.l. ſi fuerint.
ff.de rebus du.ſequiꝛ ꝙ ex ꝗ confirmaꝛ ratione poſſeſſionis ꝙ det poſſeſ
ſio in hoc caſu titulum vel cõfirmet.ꝛ ſic beati ꝗ tenebũt:vt dicit gl'.quã
notat ibi Bal.in extractis feudoꝝ.in.c.i.de pace tenen.§.ſi treſ.co.x. ex
ꝗbus infero ꝙ poſſeſſor cadens a poſſeſſiõe in caſu iſtius regl'e põt pete
re beneficiũ a quocunqꝫ poſſeſſore etiã habente titulum qđ nõ poſſet fa
Quarta pars cere in caſu regule de triennali vt practicat rota. ¶ Venio nũc ad quar
tam ꝑrogatiuam:in qua dicitur ꝙ preſentes in curia preferuntur abſenti
bus.ꝛc. Jſta prerogatiua eſt preter ius.ſed tamen toleraꝛ a iure.facit.l.
i.C.de caſtren.omni palentino.pecu.li.xij.ibi:quid em̃ tam ex caſtris eſt.
et ibi nec alicui em̃ ſunt a puluere ꝛ labore caſtroꝝ.ꝛc.et facit illud vul
gariũ is gradus ceteros antecellit.ꝛc.premaxie qꝛ ꝑſentes in curia gra



ues iniurias patiunꝛ a viliſſimis hoibus qđ grauiter ferendũ eſt argu.
autent.habita.C.ne filius pro patre.ꝛ ideo qꝛ regula iſta loquiꝛ indi
ſtincte.crederẽ ꝙ ſi ordinarius in partibus cõtulit beneficia exiſtẽtibus
in curia.ꝛ papa alteri abſenti in partibus ꝛ cõcurrũt eodẽ die ne obſtet
ꝛc.ſi tibi abſenti.de preben.li.vi.vel ordinarius exiſtens in curia cõtu
lit exiſtenti in curia qđ poteſt facere ſm Jnnocen.in.ca.quia diuerſitatẽ
de cõ.preben.in fine.ꝙ tunc ſi eadem die fuit facta collatio ordinarij et
pape preferꝛ ille qui eſt ꝑſens alteri abſenti.etiã ſi habuit bñficiũ a pa
pa per hãc regulam. ¶ Venio ad quintã vbi dr.ꝙ nõ bñficiati beneficia Quinta pars
tis ꝛ inter ꝑſentes ꝛ abſentes ꝛc.iſta particula debet intelligi referẽdo
ſingula ſingulis facit glo.in capitu.ſi quis pecunia iuncto.tex.lxxix. di.
itaqꝫ ſit ſenſus ꝙ inter ꝑſentes tñ preferaꝛ nõ beneficiatus beneficiato.
ꝛ inter abſentes tñ preferaꝛ nõ beneficiatus bñficiato.ꝛ nõ debet intel
ligi ꝙ etiã ſi vnus ſit preſens.ꝛ alter abſens ꝙ ꝑferaꝛ nõ beneficiat⁹ ꝛc.
ideo infero ꝙ ſi preſens in curia ſit beneficiatus.tamẽ abſens nõ eſt be
neficiatus ꝙ etiã preſens debet ſibi preferri ꝑ hãc regulã ¶ Venio ad ſex Sexta pars
tam prerogatiuã ibi.ꝛ ceteris paribus oriũdus nõ oriũdo.ꝛ dioceſanus
nõ dioceſano ꝛc.ꝛ quo ad iſta duo reperiunꝛ iura varia nam in.capi.ſi.
de cler.ꝑegri cũ glo.idẽ quaſi diceret.ꝛ in.c.hortamur.lxxi.di cũ glo.ſꝫ
glo.in.c.ad decorẽ.de inſtitu.vult cõtrariũ.ꝛ abbas tenet ꝓ ſua parte ꝛ
glo.in.c.ſi ꝓponẽte de reſcrip.qđ no.Ab.ibi.ꝛ intricate loqꝛ.ꝛ Antho.
mordet eam.quicquid tamẽ ſit ſatis eſt ꝙ oriũdus oriundo preferꝛ.vt hic
nõ intelligo veꝝ ſi ſit idoneus.vt ſupra dixi alias ſecus.vt vult Ab.in.
d.c.ad decorẽ.idẽ eſt de dioceſano ꝑ iura allegata ſuperi⁹. ¶ Venio ad Septima ps.
ſeptimã ꝑrogatiuã ibi.in reliquis vero.vbi dr ꝙ in oibus alijs quã ſupradi
ctis dꝫ attẽdi ꝑſentatio litteraꝝ.nã ꝗ prior eſt tpe potior ſit iure.c.ꝗ pri
or.de re.iu.li.vi.ꝛ in hoc eſt aduertendũ. qꝛ iſte.§.vult hoc eſſe verum
ceteris paribus.vt ibi reliquis vero ꝛc. Ex quo ſequiꝛ ꝙ oẽs ſuperiores ꝑ
rogatiui tollũt diligẽtiã ꝓceſſus.i.ꝑſentatõem litteraꝝ ꝑ locũ a ſpecia
li.ar.c.ꝑſenti.§.loca cum glo.ſua de prebẽ.lib.vi. ¶ Ex quo infero ꝙ Nota
habens motu ꝓprio collatõem ſibi factã ꝑferꝛ nõ habẽti etiã diligentio
ri in ꝓceſſu ¶ Jtem ab ordine littere dico idem fore de omnibus prero
gatiuis ſuperius noiatis.ex quo etiã infero ꝙ etiã graduatus nõ oriun
dus ꝛ etiã abſens ꝑferꝛ in vacantibus:vel certo mõ vacaturis ꝑſenti in
curia oriundo.ꝛ etiã diligẽtiori in ꝓceſſu ꝑ hãc regulã. lꝫ tria vincula
vincãt vnũ.ar.c.i.de treu.ꝛ pace.ꝛ auꝛ.ſic itaqꝫ.C.cõmunia de ſuc.tñ
iſta regl'a tollit oẽs alias ꝑrogatiuas.ꝛ ſic dico de oib⁹ ꝑrogatiuis ab
ordine littere ſuperius noiatis.ꝛ aduertẽdũ ꝙ omnis nominatiuus hic
poſitus regitur ab iſto verbo preferaꝛ poſito in fi.ergo ex quo ponuntur
ſub vno cõſtructo pariformiter dñt oĩa intelligi iuxta doctrinã Bal.in
.l.tal' ſcriptura.ff.de.l.i.ꝛ in.l.ꝑtor ait.§.critqꝫ differẽtia.ff. vi. bono.
rap.ex ꝗ infero ꝙ quicunqꝫ hic ꝑrogatiuat⁹ ꝑferꝛ nobile nõ prerogatiuato
nã ſi papa voluiſſet facere mentionẽ de nobili expreſſiſſet.c.ar.ad audi
entiã.de deci.nec video ꝙ in iſtis cenſeaꝛ ꝑrogatiua nobilitas de iure.
nam.c.de multa tñ loquiꝛ de diſpẽſatõe faciẽda.ꝗ ꝛc.ꝛ ſic reſpondi:lꝫ

cõtra meſpm ꝗ bis ꝓbaui nobilitatẽ meã in curia ꝛ hec ſufficiant.

¶Sequitur decimaſexta regula.

¶Item ne ꝑ varias ꝗ ꝓ cõmiſſiõibus habẽdis ĩ cauſis ple
rũq; fiũt ſuggeſtiões iuſticia poſtponatur idẽ dñs nr̃ de
creuit et declarauit ſue intentõis fore ꝙ deinceps ꝑ quã
cũq; ſignaturã ſeu cõceſſionẽ ꝓ cõmiſſionibus hmõi ꝑ
ſanctitatẽ ſuã vel de eius mãdato faciendã nulli ſibi ius
queſitum quomodolibet tollatur.

¶In iſta regula dr̃ ꝙ ꝑ quãcũq; ſignaturã nulli tollat̃ ius quomodoli
bet queſitũ. ꝛ hec regula cõcordat cũ iure cõi. q2 ꝓnceps nõ tollit ius q̃
ſitũ alicui ꝑ quãcũq; cõmiſſionẽ. l. i. §. ſi quid a ꝓncipe. ff. ne quid in lo.
publi. ꝛ l. nec auus. C. de emancipa. li. ꝛ ca. ſuis de reſcripti. li. vi. ca. ſi
propter. e. ti. ꝛ li. ego tamen ſolebam limitare hanc regulam vbi verba
ſunt dubia. ſed ſi verba ſunt clara maxime in bñficialibus bene tollitur
ius queſitum. q2 hʒ papa plenã ptãtẽ in bñficialib9. c. ij. de ꝓben. li. vi.
ꝛ cle. i. vt lit. pen. ꝛ ad hoc allegabã glo. mihi in iure canonico ſingula
rẽ in. c. cũ dilect9 in ṽbo nec iuri de cõſuetu. ꝛ alias duas de iure ciuili ĩ
l. nec auus. C. de emãcip. li. ꝛ ĩ. l. reſcpta. C. ſi cõtra ius vel vtilita. pub.
fateor tñ ꝙ ſi papa tollat ius queſitũ in bñficio alicui de plenitudine po
teſtatis ꝙ tenet̃ ſibi ꝓuidere de alio ſili bñficio. vt ſingularit̃ not. Bal. ꝛ
glo. in. c. i. §. ad hec. in. viij. co. de pac. iura. firmã. ꝛ lʒ ꝓhemiũ iſti9 regle
videt̃ innuere ꝙ habeat locũ iſta regla qñ papa importunat̃ ꝑ aliqua cõ
miſſiõe. Et ſic videt̃ ꝙ ſi faceret motu ꝓprio ꝙ valeret etiã ſi tolleret ius
q̃ſitũ ꝑ. l. i. C. de peti. bono. ſubla. li. x. ꝛ ꝑ. l. iij. ff. qḋ quiſq; iuri. in ꝓn.
tñ ſi ſunt ṽba clara cõtrariũ dicerẽ: q2 mot9 ꝓprius nõ tollit ius queſitũ.
tertio ex defectu intentõis ꝓncipis. ſufficiat glo. in cle. ſi roman9 de pre
ben. ꝛ deci. rote. numero. cviij. q̃ incipit. Itẽ dicebãt dñi. ꝛ ſic credo ſen
tẽtiare rotã nũero. vij. ꝛ ꝓbat̃ defect9 intẽtõis ꝛ ḋ iure cõi: vt allegaui ſu
peri9. ꝛ ḋ ſpeciali. vt ĩ hac rl̃a. ad ꝓhemiũ generale dico ꝙ lʒ faciat cau
ſam finalẽ ꝓhemij. vt ĩ. l. fi. ff. ḋ here. inſti. tñ cũ cõſtat de mẽte cõſtituẽ
tis ſec9 ẽ facit qḋ dicit Cin9 ĩ. l. nõ dubiũ. ĩ penul. q. C. de legib9.

Mot9 ꝓprius nõ tollit ius al teri q̃ſitum

¶Sequitur decimaſeptima regula.

¶Itẽ ꝙ ꝓuiſiões aut cõceſſiões vel mãdata de ꝓuidẽdo
de cathedraliũ eccl̃iarꝫ canonicatibus et ꝓbẽdis q̃ ꝓ qui
buſuis ꝑſonis ſi. xiiij. ſue etatis annũ nõ cõpleuerint q̃
modolibet emanauerĩt: niſi eis qui illos ĩ minori etate re
cipe poſſint ꝑ ſedẽ aplicã ſpecialit̃ cõceſſũ fuerit et q̃cũ
q; ĩpetratões de canonicatibus et ꝓben. in collegiatis ec
cleſijs ſi impetrãtes minores. x. annis fuerit et de hoc in
impetratiõibus hmõi expꝛ̃ſſa mentio nõ fiat nullius ſint



roboris vel momẽti et habeantur prorſus ꝓ infectis.

¶In iſta regula dr̃ ꝙ ꝓuiſiões aut cõceſſiones ſiue mãdata de ꝓuidẽdo
de canonicatib9 ꝛ ꝓben. in eccleſijs cathedralibus facte ꝓ illis ꝗ nõ exce
dũt. xiiij. annos nõ valẽt: niſi ſedes apoſtolica ſpecialiter aliud cõcedat.
Item ꝙ ĩpetratio canonicat9 in collegiata eccl̃a facta ꝓ minori. x. annis
nõ valet niſi ſpecialiter fiat mẽtio in impetratõib9 ꝛc. Iſta regula venit
ad declaratõem varietatũ doctoꝝ in. c. ſuꝑ inordinata de ꝓben. ꝛ in. c.
ex rõne. ꝛ ĩ. c. indecoꝝ: de etate ꝛ q̃li. ꝛ. c. ex eo. de elec. li. vi. ꝛ. c. null9. ḋ
tẽpo. or. ꝛ ĩ. c. ſi eo tꝑe de reſcꝑ. li. eo. Nã ḋ iure cõi cõiter tenebat̃ maxie
ꝑ glo. ĩ dictis locis ꝙ maior ſeptẽnio: lʒ minor. xiiij. ãno: pt eſſe canonic9
in eccl̃ia cathedrali. vt hodie ꝓbat tex. in dicto. c. ex eo. tñ papa ſtatuit h
cõtrariũ. ꝛ bñ: q2 ex q̃ canonic9 debet cõſulere ĩ factꝫ eccl̃ie vt ꝑ totũ ti.
de his q̃ fiũt a ma. ꝑte capi. ḡ opʒ ꝙ ad min9 habeat aliquã diſcretõem.
ꝛ q̃ ad ꝓmã ꝑtẽ h9 regl̃e põderandũ eſt ṽbũ hic poſitũ. ſ. nõ cõpleuerint
ꝛc. ex q̃ ſequit̃ ꝙ nõ ſufficit attingere. xiiij. annũ niſi in totũ ſit cõplet9 vt
hic: ꝛ ad h venit deciſio rote: cccxxiij. q̃ incipit. Item ꝙ ſuppoſita ordina
tione Gregorij: q̃ loq̃t̃ in termis h9 regl̃e ſʒ in caſu ſcḋo h9 regl̃e cõtrariũ
videt̃ ibi minores. x. annis ꝛc. ſufficiat. l. i. ff. de ma. vin. de q̃ ꝑ doc. ĩ di
uerſis locis. ſufficiat glo. magr̃a. in. l. iij. §. minorẽ. ff. de mino. ꝑ cano. in
ca. cũ in cũctis. de elec. ꝛ in. c. eũ. xx. de offi. dele. ꝛ in cle. generalẽ. ḋ eta.
ꝛ q̃li. in h tñ de mero iure crederẽ ꝙ tꝑs cõceptõis dʒ etiã cõputari ĩ fa
uorẽ iſti9 canonicandi. vt. l. q̃ in vtero. ff. de ſta. ho. ꝛ bon9 tex. in. l. qḋ di
cim9. ff. de ṽbo. ſig. ꝛ facit glo. in. c. ij. q̃ fi. ſint le. ꝛ ibi dixi legẽdo hic. ſʒ
lʒ h ſit veꝝ de iure: tñ q2 oĩs intellect9 eſt extrane9 q̃ nõ ſonat in auribus
vulgi. vt eſt caſus not. in. c. ex lr̃is. lo. i. de ſpon. ꝛ ad h ꝓpoſitũ allegat. c.
illud Bal. in. c. i. §. oppoſitioni. de pa. cõſtan. in fi. col. x. crederẽ ꝙ rota
nõ interꝓtaret̃ hãc regulã niſi a tꝑe natiuitatis ex vtero: ꝛ h etiam poſſʒ
fundari ꝑ tex. in di. §. minorẽ. ibi: an dies natalis ſui ꝛc. ꝛ ibi an horã in
q̃ nat9 eſt ꝛc. Item ponderandũ mihi puto ṽbũ hic poſitũ ꝑ ſedem apo
ſtolicam ſpecialit̃ cõceſſũ fuerit ꝛc. ex q̃ ſeq̃t̃ ꝙ ordinari9 nõ pt dare cano
nicatũ in eccl̃ia cathedrali minori. xiiij. anno cũ nõ poſſit diſpenſare con
tra iſtã regulã: maxie q2 papa reſeruat ſibi. ar. ca. nuꝑ. de ſen. exco. ꝛ ꝑ h
ṽbũ etiã dico ꝙ nõ ſufficiũt clauſule gñales bullaꝝ. ſ. nõ obſtantib9 qui
buſcũq; cõſtitutõib9 ꝛ ordinatõib9 etiã regulis cãcellarie ꝛc. q2 oportet
ꝙ fiat ſpecialis ꝛ expꝛ̃ſſa mẽtio de hac diſpẽſatiõe. ꝛ nõ dr̃ q̃ ad h ſpecia
lis mentio q̃ includit̃ ſub gñali mẽtõe. vt dicit glo. in. c. ſi eps. de ꝓben.
li. vi. quã notat ad h Dñic9 ibi: ꝛ alia eſt ĩ. c. inq̃ſitores. de here. li. vi. et
doc. ĩ. c. q2 ꝑiculoſũ. ḋ ſen. excõ. li. vi. ꝛ h dico ad cõcludẽdũ diuerſa cõſi
lia q̃ fecit Oldra. ſ. ſi papa pupillo exiſtẽti corã ſe dedit dignitatẽ: an vi
deat̃ ſecũ diſpẽſare ſuꝑ defectu etatꝫ ꝛ ſibi videt̃ cõtrari9. nã ĩ cõſi. cccxxv.
qḋ ĩcipit thema q̃ſtõis ẽ tale. ꝛ ĩ ſeq̃nti videt̃ dicere ꝙ nõ ꝛ ĩ alijs duo.
ſequẽ. tʒ cõtrariũ: q̃ cõſi. poſui ĩ ti. ḋ reſcꝑ. ꝛ ḋ ꝓuil̃. ſʒ ſtãtib9 ṽbis iſti9 rl̃e
crederẽ ꝙ nõ videret̃ papa diſpẽſare. niſi expꝛ̃ſſa fieret mẽtio ꝛc. ꝑ ſupra
dicta de ordinario tñ arbitror ꝙ ſi papa mortuo cõferret ꝓbendã cano

Papa ſi conferat dignitatẽ pupillo coraʒ ſe an videatur diſpenſare.

Singulare dictum

nicalē maiori ſeptēnio ꝙ valeret collatio de iure. ſufficiat dictũ. c. et eo.
de elec. li. vi. ꝛ glo. in dicto. c. ſi eo tp̄e de reſcrip. eo. li. Itē inq̄ʒ tũ iſta re
gula loq̄r de canonicatibꝰ eccl'ie cathedral' infero ꝙ portio q̄ nõ ē cano/
nical'. ſʒ p̄bēda integra p̄t bñ cõferri minori. xiiij. ꝛ maiori. vij. ꝑ p̄dicta
ſufficiat. l. de p̄cio. ff. de publi. ꝛ in h̄ eſſet melioris cõditõis portionari
us q̄ʒ canonicꝰ maxīe cũ habeat tm̄ in redditibꝰ ſicut canonicꝰ in aliq̄/
bus eccl'ijs hyſpanie ¶ Itē põderãdũ puta in hac p̄ma p̄te v̄bũ aut con
ceſſiones qđ nõ erat in regl'a Pauli ſʒ Sixti ſic ex q̄ p̄t inferri ꝙ etiã ex/
pectatiua ꝓ minori. xiiij. annis q̄ ad canonicatũ ꝛ p̄bē. eccl'ie cathedral'
nõ valeat. q2 dʒ attēdi tp̄s date. ſufficiat dictũ. c. ſi eo tp̄e quicq̄d ſomni
ent aliq̄ doc. in. c. ei cui de p̄bē. li. vi. Itē credo ꝙ etiã ſi cõceſſio vel ꝓuiſ
ſio de canonicatibꝰ eccl'ie cathedral' eſſet facta motu ꝓprio nõ valeret ꝓ
minori ꝓpter v̄ba h̄ poſita ꝛ ꝓpter defectũ intētõis pape. Sʒ q̄ ad ſcđm
caſum. ſ. in eccl'ia collegiata ſicqʒ loq̄r de īpetratõibꝰ. ḡ ꝛc. l. i. C. de pe/
ti. bono. ſub li. x. ꝛ. l. iij. ff. ꝙ quiſqʒ iur. in prin. faciãt iura q̄ allegaui in
ſil'i ſupra regl'a ꝓxima. neſcio tñ q̄uo ſentētiaret rota. Itē credo ꝙ etiã ꝙ
ſcđa pars habeat locũ in expectatiuis. q2 etiã expectatiua dr̄ impetratio
ergo ꝛc. ꝛ hec ſufficiant pro nũc.

## Sequitur decimaoctaua regula

¶ Item voluit ꝙ ſi quis in infirmitate conſtitutus reſigna
uerit aliquod beneficium ſiue ſimpliciter ſiue ex cauſa
permutationis et poſtea infra. xx. dies de ipſa infirmita
te deceſſerit ac ipſum beneficiũ conferatur per reſigna/
tionem ſic factã collatio hmõi nulla ſit ip̄mq; bñficiũ ꝑ
obitum vacare cenſeatur.

¶ In iſta regula dicit̄ ꝙ ſi vnus infirmus reſignat beneficiũ ſuũ ſimplici
ter vel ex cauſa ꝑmutationis: et infra. xx. dies de ip̄a infirmitate deceſſe/
rit: ꝙ cenſetur illud beneficiũ vacare ꝑ obitum ꝛ nõ ꝑ reſignatõem. Iſta
regula venit ad obuiandum malicijs hominũ maxime curialium· qua ſi
infirmus credebat ſe euadere non poſſe: reſignabat beneficium in fauorē
alicuꝰ: et ſic quodãmodo videbat̄ defraudare expectantes apoſtolicos
vel ordinariũ. ꝛ ꝙ poſſet quodãmodo facere teſtamentũ de bñficijs ſuis
Et ideo p̄nceps qui poteſt facere fictionē ꝓ veritate vt plene ꝓſequitur
Bar. in. l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de vſuca. fingit iſtud bñficium vacare ꝑ
mortem et nõ reſignatõem vt hic. nam licet vere vacet per reſignatiõem
etiam ex cauſa ꝑmutatõis facta vt in. c. de rer. ꝑmu. li. vi. tñ ꝓpter frau/
dem cenſet̄ vacare ꝑ mortem: et collatio facta ꝑ reſignationē nõ valet vt
hic: ſed ꝑ mortē valeret. ꝛ iſta regula venit cõtra. c. ſuſceptũ de reſcp̄. li.
vi. vbi dicit̄ in ſecũdo reſponſo: ꝙ ſi vnꝰ impetrat bñficiũ ꝑ verũ modum

Nota.

vacandi ꝛ aliꝰ nõ: etiã ſi ſit p̄mus: tñ ſecũdus debet habere. Sed hic di
citur cõtrariũ ꝓpter fictionē p̄ncipis que habet̄ ꝓ veritate: vt in. d. l. ſi is
qui ꝓ emptore. et. c. is qui deſponſalibus. Si tñ ille qui interp̄tauit ſm



veritatē id eſt ꝑ reſignationē exp̄meret vel alio quouiſmõ vacauerit: tũc
videbat̄ ꝙ etiã ſi vacet ꝑ obitũ cenſeret̄ bñ impetratũ beneficium nõ ob
ſtante hac regl'a. ꝛ hoc ꝑ glo. in verbo exp̄ſſe in. d. c. ſuſceptũ. in. i. reſpõ
ſo. hoc tñ ego crederē ver̄ ſi nõ appareret de alio impetrãte ꝑ mortē ſm
iſtã regulã. ꝛ hoc ꝓbo ꝑ ea que dicit Lapus ad limitationē dicti. c. ſuſce
ptũ in allegatõe. lxxxix. quã refert Domini. in. d. c. et ſic intelligo deciſi/
onē rote dicentē: ꝙ ſi beneficiũ impetrat̄ exp̄ſſo vno mõ vacandi cũ clau
ſula q̊uis alio mõ vacet: ꝙ etiã ſi non vacet p̄mo modo expreſſo ſed alio
mõ: nihilominus venit ꝑ illã clauſulam quouis alio mõ: dũmodo ꝑ ean
dem ꝑſonã vacet. vt dicit deciſi. xxvij. que incipit. Item ſi mandet̄ alicui
ꝓuideri. q2 hoc eſt ver̄: niſi alius īpetrauerit ꝑ ver̄ modũ vacãdi ꝑ predi
cta. ¶ Et hoc intelligo ver̄ qñ iſte modus īpetrandi. ſ. vel alio quouis

Nota

mõ. ꝛc. ponit̄ in bñficio vacaturo ſm primũ reſpõſum dicti. c. ſuſceptũ ſe
cus de iam vacãti. Pono exemplũ de primo etiã in terminis huiꝰ regl'e

Exemplũ.

ſi beneficiũ vacauit ꝑ reſignationē infirmi: ꝛ tu impetras ꝑ reſignationē
fiendã vel alio quouiſmõ vacauerit que clauſula raro ſolet dari ſm dic/
tam deci. ꝛ ille morit̄ infra. xx. dies ꝛ tunc īpetro ꝑ mortē. dico ꝙ ego de
beo preferri tibi q2 īpetraui ꝑ ver̄ modũ vacandi. etiã ſi tu habeas quo
uis alio mõ vacabat ꝑ dictũ Lap. ꝛ domi. in dicto. c. ſuſceptũ. ꝛ h̄ ideo
q2 erat beneficiũ vacatur̄ ꝛ papa nõ intendebat dare tibi cõtra regulã
iſtã cui ſolet exp̄ſſe derogare. Sed in bñficio iã vacante ſecus eſt. Nam

Aliud exem/plum.

ſi tu īpetras ꝑ mortē Ticij beneficiũ cũ clauſula q̊uis alio mõ ꝛ ego īpe
tro ꝑ eius ꝓmotionē ad cathedralē. Iſte eſt verus modus vacandi. certe
in hoc caſu videret̄ ꝙ tu debeas p̄ferri mihi: ꝛ hoc ideo: q2 qñ genus ve
nit verificandũ in vna re tm̄: tũc dicit̄ ſpecialis gratia ꝛ nõ gñalis ꝛ pre
ſpeciali: ꝛ iſte eſt caſus ſingularis cũ glo. fi. in. c. ex p̄te lo. i. de offi. dele.
ꝛ ibi no. Abb. ꝛ allegat Bar. in. l. queſitũ. ff. de fun. inſtru. ꝛ hoc intelli
go ver̄ ꝑ maxīe qñ nõ poterit verificari p̄ma gr̄a in ſecundo vacaturo a
l'as ſecus ꝛ hoc ꝑ. c. dudũ. cũ glo. ꝛ ibi dicit Dñic. de preb. li. vi. et quo
limitabã aliã deciſionē rote dicentē. ꝙ. c. ſuſceptũ. nõ habet locũ in acce
ptatiõe q2 eſt declaratio voluntatis ꝛc. vt dicit deci. ccxviij. que incipit
Itē licet īpetrãs. q2 hoc hʒ ver̄ niſi appareret aliꝰ nouus ꝓuiſus ꝑ ver̄
modũ vacãdi ꝑ dictũ. c. et ad hoc facit deci. cccxxxvi. q̄ incipit. Itē ſi mã
det̄ mihi ꝓuideri. ꝛ q2 gr̄a iſtius acceptãtis poterat verificari in ſecũdo
vacãti. ideo genus ſuũ nõ prefert̄ ſpeciei. vt dixi ꝑ dictũ. c. dudũ. Et iſte
caſus quotidie fuit in rota practicatus. ꝛ h̄ ego alligaui ꝓ vno. ſ. ꝙ etiã
ſi p̄mus īpetrauit nõ vere cũ clauſula. q̊uis alio mõ. ꝛ in ſcđo mõ ꝑ ver̄
modũ vacãdi ꝙ prefert̄ p̄mus in vacãti ſecus in vacaturo niſi poſſet ſibi
īputari ſuſceptio vel malicia. ꝓpter has cauillatiões ſolet hodie poni in
ſupplicatione clauſula ſiue q̊uis alio mõ vacet ꝑ eandeʒ ꝑſonã vl' alias
ꝛc. neſcio tñ q̄d practicauerit rota. ¶ Itē inherendo v̄bis huiꝰ regule
fui īterrogatus in curia: q̄d ſi vnus fuit ꝑcuſſus: ſʒ nõ erat ſpes mortis ꝛ
reſignauit beneficiũ tandē mortuus eſt īfra. xx. dies: ſʒ nõ ex illa infirmi
tate. ſed q2 forte fecit rē cũ pulchra muliere itaq; medici dicũt ꝙ nõ ex ꝑ
cuſſiõe. ſed ex alia infirmitate mortuꝰ fuit an habeat locũ iſta regula: et

pꝛima facie ego dicebã.ꝙ nõ ꝓpter ꝟba regł'e ibi de ipſa infirmitate ⁊ al
legabã.glo.⁊ doc.in.l.i.C.ð emẽd.ſeruo.⁊ in.c.ij.de clerico ęcu. qꝛ ipſe
nõ deceſſit infra triduũ nec infra bꝛeue tp̃s.ꝙ ⁊c.⁊ in h̃ dicebã ꝙ eſſet ſtã
dũ iudicio medicoꝝ.ar.l.ſeptio menſe.ff.de ſta.ho.⁊.c.ꝓpoſuiſti.de ꝓba
cio.⁊ qð ibi dicũt doc.⁊ i.c.fraternitatꝫ.ð frigi.tñ neſcio an fuerit deci
ſũ.Jtẽ ſciendũ ꝙ ſi hodie ĩ curia vn⁹ eſt infirm⁹ ⁊ vult renũciare bñficiũ
⁊ petit᷑ derogari huic rł'e ⁊ vbi ſunt fauoꝛes papa derogat ſinaũt minie
ĩmo dat᷑ illud bñficiũ vacatuꝝ ꝑ moꝛtẽ illi⁹ futurã.⁊ tũc eſſet dubiũ an
iſte q̃ ſperauit ꝑ reſignationẽ debeat obtinere ſi infirm⁹ ſuꝑuixerit ꝑ.xx.
dies.an ille q̃ ĩpetrauit ꝑ obitũ futuꝝ in cui⁹ fauoꝛẽ papa reſeruauerat
illud bñficiũ.⁊ certe ego dixi ꝙ ille ṗmus:qꝛ ille erat ver⁹ modus vacã
di:⁊ vacauerat tñ ſcða reſeruatio erat ampla:⁊ cũ clauſula q̃uis aliomõ
⁊c.⁊ papa reuocauerat oẽs ꝓuiſiones q̃s fecerat de illo bñficio: ⁊ refero

Viginti dies. q̄liter intelli gãt᷑ ⁊ qualiter currant

me ad bullã ⁊ ad veritatẽ.Jtẽ qꝛ hic dꝛ ſi infra viginti dies moꝛiat᷑. ⁊c.
debet intelligi de die naturali.ſ.xxiiij.hoꝛaꝝ.ar.l.moꝛe romano.cũ glo.
ff.de ferijs.licet dies dicat᷑ quidã ſolarꝫ quidã lunaris ⁊ q̃dam natural᷑.
vt ibi notat᷑ ⁊ multipliciter capiat᷑ dies.vt notat gł'.in.c.ij.ð feri.tñ in h̃
caſu crederẽ ꝙ cõputat᷑ de momẽto ad momentũ.faciat gł'.in cle.ſicut de
ap.⁊ deci.rote deciſiõe.ccvij.q̃ incipit Jtẽ ꝙ terminus octo dieꝝ. ⁊ cre
do ꝙ ſic intelligat rota:⁊ nõ de dieb⁹ artificialib⁹. Et iſta dictio infra
hic poſita includit vtrãqꝫ diẽ de momẽto ad momentũ. faciat gł'.in cle.
quãuis de ap.in verbo infra dictũ.⁊ qð dicit Jo.an.in.c.p̃terea.de ap.
.i. Licet in rei veritate nõ eſſet abſonus intellectus ꝙ intelligeret᷑ ð die ar
tificiali.qꝛ iſta regł'a eſt odioſa ſꝫ credo cõtrariũ pꝛacticari in curia.

¶Sequitur decimanona regula.

Item noluit ꝙ ſi cõtingat ipſuꝫ alicui ꝑſone de parrochi
ali eccleſia ꝓuidere ſeu mandare ꝓuideri vel gratiã expe
ctatiuã cõcedere niſi dicta ꝑſona intelligat et intelligibili
ter loquat᷑ ideoma loci vbi eccleſia huiuſmodi conſiſtit
ꝓuiſio ſeu mandatũ & gratia deſuper quo ad parrochia
lem eccleſiam nullius ſit roboris vel momenti.

¶In iſta regł'a dicit᷑ ꝙ ſi papa cõcedit alicui gratiã expectatiuã vel ꝓui
det ſibi de ꝑochiali ecclł'a.⁊ ipſe nõ intelligat ideoma loci vbi eccleſia
parrochialis exiſtat ꝙ ꝓuiſio ⁊ gratia expectatiua ſit nulla quo ad par
rochialem. Jſta regula facit contra vulgares dicens: ꝙ vnũquodqꝫ re
gnũ habet hãc pꝛerogatiuã:ꝙ nullus poteſt ibi habere gratiã expectati
tiuã nec bñficiũ ſine legitimatiõe regis:qꝛ h̃ eſt vna truſa. nã ſi ſciat loq̃
ideoma intelligibił'r ⁊ ĩtelligat ſatis eſt.Ex q̃ infert᷑ ꝙ in regno hiſpanie
ſiue caſtelle pñt hr̃e ſine licentia regis bñficia:⁊ Aragonẽſes: ⁊ kathala
ni:⁊ poꝛtugalenſes:⁊ etiã ianuenſes ſi intelligãt ideoma:⁊ ſciãt loq̃:etiã
pñt hr̃e ꝑochiales:qꝛ de alijs nõ eſt dubiũ ꝑ hãc regulã.Papa tñ Six
tus dedit vnã bullã motu ꝓꝓꝛio Regi hiſpanie:ꝙ in regno ſuo nullus fo
renſis poſſet tenere beneficiũ ſine eius conſenſu: ⁊ caſſat expectatiuas



impetrationes.⁊c.⁊ nũc eſt pꝛeſentata in vna cauſa canonicatus toleta
ni in tertia inſtantia.Sed foꝛte illa bulla nõ nocet dño ep̃o Aintomill
enſi actoꝛi datario moderno.tũ qꝛ illa bulla nõ fuit deducta in vſuꝫ. im
mo fuit in abuſum.⁊ ſic fuit ꝑdita ꝑ no.i.c.ſuggeſtum.ð deci.⁊ in. c.cuꝫ
acceſſiſſent de cõſt.tũ etiã qꝛ illa eccleſia toletana ⁊ ciuitas nõ eſt de re
gno caſtelle ꝓꝓꝛie ſumpto vocabulo.vñ ⁊ rex vocat᷑ caſtelle ⁊ legionis ⁊
toleti.nam eſt regnũ de ꝑ ſe.ergo ſeparatoꝝ ſeparata debꝫ eſſe ratio.⁊c.
faciat ad hoc.l.ſi eadem.ff.de aſſeſſo. Jtẽ qꝛ qñ aliqð pꝛiuilegiũ dat᷑ ab Nota
ſenti ſi nõ apparet ꝙ habeat gratũ nõ valet ṗuilegiũ ar.ca. ſi tibi abſen
ti.de pꝛeben.li.vi.⁊.c.i.de conceſſiõe pꝛeben.e.l. ſed de hoc nõ apparet
ergo.⁊c.et qꝛ pendet nũc cauſa opꝫ tacere:ſed qð dixi credo verius.Jtẽ
ponderandũ arbitroꝛ verbũ ꝑ ip̃m.⁊c.¶Ex quo ſequit᷑ ꝙ ſi oꝛdinarius
ꝓuideret alicui ð parrochiali eccleſia qui nõ intelligit ideoma.⁊c.ꝙ bñ
valeret ꝓuiſio:qꝛ iſta regł'a eſt penalis ex q̃ annullat.vt dicit gł'. in.c.de
cet.de immu.eccle.li.vi.ergo nõ debet extendi ſed reſtringi.regula in pe
nis.⁊ regł'a odio.de reg.iu.li.vi.⁊ idem de ꝓuiſione facta ꝑ legatũ ꝑ ra
tionẽ ſupꝛadictã:⁊ ratio diuerſitatis eſt:qꝛ oꝛdinarius melius cognoſcit
ꝑſonas q̃bus ꝓuidet de dioce.ſua q̃ꝫ papa.vt dicit glo.in cle.ij.ð of. or.
ergo.⁊c.et ꝑ hoc foꝛte dici poſſet:ꝙ iſta regula nõ haberet locũ qñ papa
ꝓuideret de parrochiali eccleſia:cõtra hãc regulã ex certa ſcientia vł' mo
tu ꝓꝓꝛio:qꝛ tũc ceſſaret dicta ratio.Sed verbũ cõcedere ⁊ verbũ ꝓuide
re hic poſitũ videt᷑ facere in oppoſitũ:tñ ꝓ pꝛecedẽti dicto faceret.l.i. C.
de peti.bonoꝝ ſubla.l.x.neſcio tamẽ quid ſeruaret᷑ in palatio.¶Jtẽ nũc Queſtio
pendet vna queſtio in rota ⁊ cito ſententiabit᷑ deo dãte de qua ſum inter
rogatus. Papa dedit expectatiuã cuidam alemano: etiã quo ad parro
chialem in francia vel alibi:⁊ derogat huic regule.ſed nõ regule penul
time de expectatiuis q ue quo ad expectatiuas idem dicit ꝙ iſta an vide
atur derogare vtriqꝫ.⁊ ego dixi ꝙ ſic. ſed quia pendet nunc in rota non
decido.credo tamẽ ꝙ nõ valet illa derogatio:quia ſublata vna ſeruitu
te vbi ſunt due remanet alia ſufficiat.ca.ex tuaꝝ de auct. ⁊ vſu pa.⁊ ſic
fuit pꝛidie ſententiatũ in rota pꝛout arbi.

¶Sequitur viceſima regula.

Item ſi quis ſupplicauerit ſibi beneficium quodcũqꝫ tan
q̃ꝫ per obitum alicuius licet tunc viuentis vacante proui
deri.& poſtea per obitum eius vacet prouiſio dicto ſup
plicanti per obitum huiuſmõi de nouo facienda nullius
ſit roboris vel momenti.

¶In iſta regł'a dicit᷑ ꝙ ſi quis ĩpetrauerit beneficiũ ꝑ obitũ alicuius q̃
tũc viuit.ꝙ licet poſtea ip̃e moꝛiat᷑ nõ põt ſibi ꝓuideri de eodẽ: ⁊ gr̃a eſt
nulla.Jſta regł'a põt duob⁹ modis intelligi. Pꝛimo:ꝙ vnus ĩpetrauit
bñficiũ viuentis h̃ expꝛeſſo ꝙ viuebat ⁊ mandabat᷑ conferri qñ vacaſſet
⁊c.hoc colligit᷑ ibi:licet tunc viuentis.⁊c. ⁊ iſte intellectus non credo ꝙ
ꝑ oſſit pꝛacticari:quia tũc princeps quaſi ex certa ſcientia videret᷑ tollere

hãc cõſtitutionē.ar.l.quedã cõſulebãt.ff.de re.iu.Scḋo mõ põt intelli
gi ꝙ vnus ĩpetrauit bñficiũ tanqꝫ vacãs ꝑ obitũ vnius ⁊ ille viuebat ⁊
poſtea mortuus eſt:⁊ iterũ ĩpetrauit ꝑ obitũ ipſius ꝙ ꝓuiſio ſua ⁊ grã ni
hil valet.⁊ ratio põt eſſe ne detᷣ materia captãdi id ē cupiendi mortē al
terius.c.i.⁊.ij.de cõ.p̄bē.⁊.c.ij.⁊.iiij.e.t.li.vi. ⁊ in regł̃a pauli ponebatᷣ
etiã ꝙ inhabilitaretᷣ iſte talis ſꝫ qꝛ erat dubiũ ꝑ quē deberet inhabilita
ri:⁊ etiã h̄ eſt de iure saltē q̃ ad illud beneficiũ vt in dictis iuribus ꝓbatᷣ
fuit hic omiſſum.⁊ etiã in regł̃is Sixti. Itē põderandũ puto verbũ ſup
plicauerit hic poſitũ. ¶ Ex quo ſequitᷣ ꝙ ſi ꝓuiſio eſſet facta motu ꝓprio
nõ eſſet nulla nec haberet locũ iſta cõſtitutio ar.l.iij.in.i.reſpõ.ff.q. q̃
qꝫ iuris.⁊ ꝑ hãc regulã vidi dubitari in curia. Si vnus curialis credẽs
beneficiũ alicuiꝰ fore reſeruatũ miſit curſorē ad curiã ad ĩpetrandũ illud
bñficiũ viuẽtis:⁊ cũ tpe ꝓuiſionis papalis nõ fuiſſet mortuꝰ.ſꝫ poſtea in
mẽſe apł̃ico mortuꝰ fuit:⁊ etiã accepit illud vigore grẽ expectatiue ⁊ fe-
cit ſibi ꝓuideri ꝑ ſubexecutorē ſuũ ꝙ illa ꝓuiſio nihil valeat: qꝛ ex q̃ iſta
regula nõ diſtinguit.de qua ꝓuiſiõe debeat intelligi nec nos diſtingue
re debemus.l.iij.ff.de offi.p̄ſi.in fi.ergo.⁊c. Itē iſta regł̃a facit ad tollen
dũ malicias curialiũ.qꝛ cũ ſciũt aliquē eſſe antiquũ in ꝑtibus fingũt ip-
ſum mortuũ ⁊ ĩpetrãt.⁊ ſic in q̃libet menſe ĩpetrãt ſi eſt reſeruatũ aliqḋ
Nota bñficiũ eius quouſqꝫ moriatᷣ.⁊ tũc vltima ĩpetratiõ ⁊ ꝓuiſio etiã ſi vere
vacet nõ valet ꝑ hãc regulã. ¶ Itē hãc regulã vidi practicari in ꝑtibus
h̊ mõ. Epũs ſalamãtinꝰ:⁊ archidiaconꝰ etiã ſalamãtinꝰ cõtendũt de p̄
uentiõe collationis bñficiorũ: ⁊ vnus erat infirmus in articł̃o mortis: ⁊
ep̄us cõferebat vna hora corã ſuo notario ⁊ teſtibus vni.⁊ ſic etiã archi
diaconꝰ demũ totiẽs ꝓuidit vni ꝙ p̄uenit archidiaconꝰ ep̄m. erat dubi
um.nunq̃d illi cui fuit collatũ totiẽs bñficiũ viuẽtis eſſet inhabilis ad
illud bñficiũ:⁊ videbatᷣ ꝙ ſic ꝑ hãc regulã.ſed certe poſſet dici cõtrariũ:
qꝛ quicq̃d ſcribat notariꝰ in ſuo inſtrumẽto.ſ.ꝙ ad ſupplicationē illius
fuit ſibi facta collatio.⁊c.tñ qꝛ in hoc caſu ceſſat ambitio illius cui con-
fertᷣ:ſequitᷣ ꝙ ceſſat tũc iſta cõſtitutio ꝑ iura vulgaria⁊ ſi dicatᷣ ꝙ ſufficit
ita ſcriptũ eſſe.ꝑ.l.ꝓſpexit.ff.q̃ et a quibꝰ ma.li.conſe.dico ꝙ illa lex ca-
ret ſpũ.vt dicit Bal.in.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.ideo ceſſante ratione
naturali cõſiderata ex lege ceſſat ipa lex ſi ceſſet rõ.l.cũ rõ.ff.de bo.dã.
maxīe qꝛ videtᷣ ordinariꝰ hoc feciſſe ꝓ cõſeruatõe iuris ſui. ⁊ nõ reperio
saltē q̃ ad effectũ huiꝰ regł̃e ⁊ ſimiliũ ꝙ ordinarius nõ poſſet cõferre mo
tu ꝓprio etiã h̄ exp̄ſſo.vt dixi ſupra in.xv.regł̃a.iḋo eſſet conſiliũ ꝙ ordi
Queſtio. nariꝰ etiã exp̄meret qḋ facit motu ꝓprio ſuo. ¶ Itez ꝑ ſup̄dicta decidit
vna queſtio de q̃ p̄die fui interrogatus ſub diſciplina. D.T.R. Papa
Sixtꝰ ſuo motu ꝓprio cõtulit vnũ bñficiũ titio qḋ credebat vacare ⁊ nõ
vacabat.demũ illud bñficiũ cõtulit alteri ĩpetrãti tpe debito ⁊ forte cre
debat Papa nõ vacare:qꝛ p̄mo illud cõtulerat titio tandē h̄ cõperto de
clarauit papa ſꝑ ſue intentõis fuiſſe ⁊ eſſe ꝙ ille titius haberet ⁊ mãda-
uit caſſari ſupplicationē alteriꝰ.⁊c. Certe ego rñdi ꝙ ille ſcḋs dꝫ obtine
re ⁊ nõ p̄mus:ꝑ hãc regulã ⁊ declaratio pape nõ extenditᷣ ad hunc caſũ.
allegaui in ſiñ glo.⁊ dñicũ in.c.vnico.de poſtu.p̄la.li.vi.⁊.i.c.i.de cle.



nõ reſi.e.li.⁊ ad p̄dicta facit optime qḋ dicit Bal.in rubri.q̃ ſucceſſores
teneãtᷣ. col.x.in añ penultia ⁊ penul.queſtionibꝰ ſi recte ĩtelligatᷣ.ſi tñ pa
pa velit ex plenitudīe poteſtatis illi ſcḋo auferre bñficiũ põt ar.cle.i. vt
lite.pen.⁊.c.ij.de p̄ben.li.vi.⁊ faciat glo.in.c.p̄ncipalem.ix.q.iij.tñ licꝫ
papa declarauerit ꝓ p̄mo ex certa ſciẽtia nõ credo ꝙ videatᷣ facere ex ple
nitudine poteſtatis.licet glo.ſingularis in.c.ad hoc.ḋ reſcrip.videatᷣ fa
cere cõtra:ſed primũ tene ꝑ ea q̃ dicit Bal.in preludijs feudorũ. ⁊ nõ cu
ro allegare iura vulgaria.ſ.ꝙ papa non vult tollere ius queſitũ. ⁊c. nec
deciſionē rote.⁊ glo.cle.ſi romanus.ḋ preben.ꝙ motus ꝓprius nõ tollit
defectũ intentionis.⁊c.qꝛ neſcio hoc dicere de intentione ſixti.

## ¶ Sequitur viceſimaprima regula.

Item voluit ꝙ petentes bñficia eccleſiaſtica alijs teneantᷣ
exprimere verũ valorē ſe.cõ.ex cã beneficij vniẽdi ꝙ illi
us cui vniri petitᷣ alioquĩ vnio nõ valeat. Et ſꝑ in vnioni
bus cõceſſio fiat ad ꝑtes vocatorũ quorũ intereſt & idem
voluit obſeruari in confirmatione vnionũ fictarũ.

¶ In iſta regula dicitᷣ ꝙ ſi vnus petit bñficiũ alteri vniri ꝙ tenetᷣ exp̄me
re verũ valorē tam bñficij vniendi qꝫ bñficij cui vnitᷣ alias nõ valet vnio.
⁊ ꝙ in vnionibus ſemꝑ cõmiſſio fiat ad partes vocatis quorũ intereſt ⁊
idem dicit obſeruandũ in cõfirmatiõibꝰ vnionũ fictarũ. ⁊c.ſic iſta regł̃a
dicit tria.vt videt D.T.R. ⁊ ratio dubitandi circa primũ dictũ videtᷣ
eſſe qꝛ de bñficio obtento nõ tenetᷣ impetrãs facere mentionez saltē q̃ ad
valorē:qꝛ hoc nõ reperitᷣ iure cautũ.vt dicit glo.notabilis in cle.i.de p̄
ben.in v̄bo vel alteri ante mediũ.⁊ hoc etiã dicit cõpilator deciſionũ cõ
cluſiue.cclxxxvij.que incipit Item licet ĩpetrans. Sꝫ ratio deciſionis fu
it:qꝛ ex quo petitᷣ vniri vnũ beneficiũ:alteri debet fieri cũ cauſa.ſ.ꝙ illud
obtentũ ſit modici valoris:ſed ſi ſit cõpetens beneficiũ nõ debet ſibi fie-
ri vnio alterius:qꝛ vniones ſunt odioſe de iure.vt dixi ſupra in regł̃a de Vnio eſt odio-
reuocatiõe vnionũ. ideo debet fieri expreſſio vtriuſqꝫ ad hoc vt moueatᷣ ſa.
papa.⁊ forte ira de facili nõ cõceſſiſſet.⁊c.ſufficiat.c.poſtulaſti.de reſcri
ptis.⁊ qḋ ibi notat Siculus.⁊ Io.de Imo. Ex quo ſequitᷣ ꝙ de vtroqꝫ
debet ſolui media annata ſi valor excedat. xxiiij.libras ſm ordinationē
came. Et qꝛ vnio fit tribꝰ modis.vt dicunt gloſe. in.c.i.ne ſede va. ⁊ in
c.et tẽporis qualitas.xvi.q.i.⁊ vult etiã glo.in cle.ꝑ litteras de p̄ben.tñ
qꝛ iſta regula eſt penalis:qꝛ annullat.vt ait glo.in.c.decet.ḋ imu.eccle.
li.vi.ſequitᷣ ꝙ nõ debeat habere locũ niſi quãdo vnũ beneficiũ petitᷣ vni-
ri alteri.vt hic dicitᷣ ⁊ nõ in alijs vnionibus.neſcio tamē an rota recipi-
at hoc:qꝛ in vtraqꝫ vnione eſt eadē ratio:ergo.⁊c.l.illud.ff.ad.l.acquil.
¶ Item ſcḋo dicit regł̃a ꝙ in vnionibus fiat cõmiſſio ad partes vocatis Scḋa pars.
quorũ intereſt. Et ratio dubitandi fuit:qꝛ cle.ij.de rebus eccleſie p̄mo re
ſponſo.vult ꝙ ſi vnio fiat ꝑ epiſcopũ ⁊ capitulũ valet etiã.nõ vocato re-
ctore eccleſie.que vnitur.nam qñ aliq̃d poteſt fieri aliquo inuito.tũc po-
teſt fieri eo ignorante.vt dicit Bal.in.l.ſi.C.qui admi.ad honorũ po. et

ın.l.fı.C.de iure.de.et eſt tex.in.l.q̄ poteſt.ff.de regu.iu.quē nō allegat
Bal.ꝫ.ꝛc.Sed nihilominus eſt bene ſtatutū ꝙ vocent̄ quoꝝ intereſt in
h̄ caſu:ꝛ ad hoc facit deci.rote.cccxvi.que incipit.Itē ꝙ in dimembrati
Tertia pars. one.ꝛc.ccxlv.que incipit.Item ſi abb.maioꝛ.¶Itē tertio dꝛ hic ꝙ idem
fiat in cōfirmationibꝰ vnionū fictaꝝ.ꝛ anteq̄ȝ declarem q̄d intendit iſta
tertia pars.dico dubiū meū foꝛe iſta cauda referat̄ tā ad primū q̄ȝ ad ſe-
cundū reſpōſum.vel tm̄.quo ad ſm.Et videt̄ quo ad ſcdm tm̄.qꝛ relatio
debet fieri ad ꝓxima ꝛ nō ad ſuperioꝛa.l.ſi idem cū eodem.in fi.de iuriſ.
om.iud.ꝛ glo.allegat illā.l.ad hoc ꝓpoſitū.in.l.iij.§.Iteȝ aduerſus ꝓcu
ratoꝛē.ff.de nego.geſt.ergo ſequit̄ ꝙ cū hic dicat̄ ꝙ idem voluit obſerua
ri.ꝛc.ꝙ iſtud relatiuū idem poſitū in ſinglari referat̄ tm̄ ad vocationem
eoꝝ quoꝝ intereſt.ꝛc.ꝛ nō ad expꝛeſſionē valoꝝ.ꝛc.et mitto hic inſerere
ad longū qn̄ clauſula poſita in fine debꝫ referri ad totā diſpoſitionē.vel
ne qꝛ eſſem longus in ſermone.ꝛ qꝛ materia eſt ſubtilis ſꝫ omiſſo intelle
ctu iſtius regle quā credo foꝛe ꝙ extendat̄ ad vtrunq̄ȝ iſta clauſula:tamē
de mero iure crederē ꝙ etiā in cōfirmatiōibus vnionū debet expmi verꝰ
valoꝛ vtriuſq̄ȝ beneficij:alias nō valet ſtāte pmo reſpōſo huiꝰ regle etiā
ſi iſta clauſula nō referat̄ ad illud ꝛ hoc ꝓbo.nam in omibus īpetratio-
nibꝰ ex q̄bus ius antiquū augmentat̄:vel ꝑ quas cōſeruat̄ debꝫ fieri mē
tio beneficioꝝ:ꝛ debet fieri etiā in cōfirmationibꝰ vt dicit glo.notabilis
in verbo p̄ferri:quā ibi notat Dn̄icus in.c.ſi apoſtolice.de pꝛeben.li.vi.
Sed ꝑ iſtā confirmationē ſupplet̄ defectus ſolennitatis ſi ī vniōe facta
fuit omiſſus.ſ.quo ad vocationē partis ꝛ quo ad alia ſubſtantialia q̄ ad
poteſtatē viuētis.ꝛc.vt vult deci.ccxxvij.que incipit Item ꝙ papa cōfir
mando.ꝛc.licet loquat̄ in dimembratōe.ꝛ qꝛ foꝛte fuit facta ex falſa cau
ſa vnio pꝛedicta ideo cenſet̄ nulla.vt vult Oldradꝰ cōſilio.lx.cū duobꝰ
ſequē.qd̄ incipit Quod ꝑ vnionē factā ꝑ epm ꝛ ꝑ confirmationē pape fit
validū illud qd̄ aliter erat inualidū.c.i.de tranſac.Iteȝ qꝛ poſt cōfirma
tionē pape nullus inferioꝛ pōt illud reuocare.c.ij.de cōfirma.vti.vt di-
cit glo.iſta duo in.c.ſi.xi.di.in verbo auctoꝛitate.ꝫ ſequit̄ ꝙ etiā de me-
ro iure debet fieri mentio valoꝝ in cōfirmationibꝰ vnionū ſicut in vniōe
ei ꝓbaui iure iuncta iſta regla in pmo reſpōſo.etiā poſito ꝙ iſta clauſula
nō referat̄ ad primū reſpōſum ꝛ ꝓ ꝛ cōtra ꝙ referat̄ vel ne faciat vltra iu
ra vulgaria.c.eccl̄ia vr̄a.de ele.ꝛ qd̄ ibi no.Abbas.credo tn̄ ꝙ ſi clauſu
la vocatoꝝ quoꝝ intereſt nō ponat̄ in bulla.ꝛ fiat vnio ꝙ valet.ar.cle.ij
de rebꝰ eccle.ꝛ ꝙ annullatio p̄cedentis reſponſi nō extendat̄ ad ſcdm cū
ſit penalis vt dixi:ꝛ iſta v̄ba referunt̄ ad abbꝛeuiatoꝛes:ſed ſi ipſi nō po-
nāt nō viciat̄ bulla ꝑ iura vulgaria.maxime qꝛ tales bulle tranſeūt ꝑ ca
merā apoſtolicā.Item dico ꝙ ſi fieret vnio motu ꝓpꝛio ꝛ nō fieret expꝛeſ
Nota. ſio valoꝛis ꝙ valeret vnio.ar.c.ſi motu ꝓpꝛio.de pꝛebē.li.vi.iūcta hac re
gula ibi ꝙ petentes.ꝛc.faciat.l.i.C.de peti.bono.ſub.li.x.ꝛ hec ꝓ nunc.

¶Sequitur viceſimaſecunda regula.

Item de mendicantibus qui ad alios ordines tranſierint



Pro tempōre voluit conſtitutionē Fe.Re.Mar.pape v.
predeceſſoris ſui deſuper factam etiam in libro cancella
rie ſcriptam firmiter obſeruari.

¶In iſta regla dicit̄ ꝙ in mendicātibꝰ tranſeuntibꝰ ad alios oꝛdines ſer
uet̄ conſtitutio Martini ſcripta in cancellaria:ꝛ vult dicere iſta regla ꝙ
quādo papa dat licentiā tranſeundi ad minoꝛē oꝛdinē alicui mendicāti
ꝙ nō expediat̄ bulla in cancellaria niſi ſeruata foꝛma dicte cōſtitutionis
que dicit ꝙ quicūq̄ȝ religioſus tranſierit ad aliū oꝛdinē minoꝛē vel equa
lem ſua ꝓpꝛia auctoꝛitate ꝙ ſicut apoſtata ſit ipſo facto excōicatus ꝛ ſo-
let poni iſta clauſula.Dū tn̄ tua ꝓpꝛia auctoꝛitate habitū nō dimiſeris:
ꝛ ad aliū minoꝛē oꝛdinē vel equalem tua ꝓpꝛia auctoꝛitate hucuſq̄ȝ non
tranſieris.ꝛc.ꝛ ſi papa dat licentiā trāſeundi derogat̄ illi ꝯſtitutioni ex
pꝛeſſe nō obſtante felicis recoꝛdatiōis Martini pape p̄deceſſoꝛis nr̄i cō
ſtitutōe.ꝛc.ꝛ ſi pꝛacticat cācellaria.¶Et ſciendūȝ eſt ꝙ qn̄ vnus eſt ma
ture etatis ꝛ vult tranſire ſine cā ad minoꝛē oꝛdinē tunc nō pōt h̄ facere
abſq̄ȝ licentia pape.vt dicit glo.Dn̄icus in.c.ſingula.§.ꝓhibemꝰ.de p̄
ben.li.vi.ibi.Dom.qn̄ pōt q̄s trāſire ad aliā religionē ſtrictioꝛē vel eq̄-
lem aut minoꝛē cū licētia ꝛ ſine licētia ſuperioꝛis ꝛ ꝑ glo.ꝛ doc.in.c.licꝫ
de regularibꝰ:q̄ nō inſero hic:qꝛ nō multū faciūt ad ꝓpoſitū.Unū tamē
ſcio ꝙ ꝑ camerā apoſtolicā expediunt̄ multe bulle:vt nō ſeruet̄ illa oꝛdi-
natio Martini maxie tpe Sixti pōtificis q̄ fuit frater:ꝛ ſciebat bn̄ labo
res fratrū:ideo de facili ſecū diſpēſabat etiā de oꝛdine ſcti Iohis hiero-
ſolymitani vel ſcti ſpūs cū crucibꝰ an̄ pectus ita ꝙ vident̄ clerici vel ruſti
ani potius.pur tamē ſolū deū habēt vltoꝛē.ar.li.i.C.de rebꝰ cre.ego tn̄
in iſtis depēdentibꝰ a cōſcientia maxie ex voto nō eſſem ſecurꝰ cū diſpen
ſatiōe papali iuxta glo.ſingu.in.c.nō eſt de voto ꝛ papa eſt excuſatꝰ:qꝛ
credidit conſcientie īpetrantis vbi nulli fit pꝛeiudicium.

¶Sequitur viceſimatertia regula.

Item declarauit idem dominus noſter ꝙ libra Turonen̄.
paruoꝝ et florenus auri de camera pro equali valore in
concernentibus litteras & cameram apoſtolicas compu
tari & eſtimari debeant.

¶Iſta regla dicit ꝙ quo ad cōcernentia litteras apoſtolicas vl̄ camerā
apoſtolicā qd̄ eſt tantū dicere librā Turonenſeȝ quantū ducatū de came
ra:ꝛ ꝓpter hāc regulā ponit̄ in ſupplicationibꝰ qn̄ impetrat̄ beneficiū cu
ius fructus.ꝛc.xx.libraꝝ t.paruoꝝ ſe.cō.exti.ꝛc.Nam aureꝰ ꝛ ſolidus
nūmiſma ꝛ ducatus idē eſt glo.in rub.de nūmiſ.pōt.li.x.et Inſti.de pe
na teme.liti.§.fi.l.q̄tiens.C.de ſuſce.li.x.de qua materia ꝑ canoniſtas
in.c.quāto de iureiu.ꝛ ꝑ legiſtas maxime Bar.in.l.paulus.ff.de ſolu.
ſꝫ interrogaui ī curia canoniſtas vn̄ habuit oꝛtū libra tur̄.paruoꝝ ꝛ vnꝰ
abbꝛeuiatoꝛ magnꝰ dn̄s r̄ndit mihi ad epheſcoꝛ voluit dicere ꝙ ī iſtis
vocabulis recurrendū eſt ad catholicon ꝓ quo facit glo.in rubꝛi.ff.ſolu.

ma[illegible]ue dicit ꝙ diſputatio vocabuloꝝ eſt relinquenda ꝑtinacibus.l. ca
pitoſis.ſed certe ego intelligo illã glo.verã qñ nõ refert multũ qd ſignifi
cet vocabulũ:qꝛ tũc eſſet pertinacia inſiſtere in eiꝰ ſignatiõe alias ſecus
nam oĩs ſcientia incipit a cognitione vocabuloꝝ vt ait Bal.in.l.liber
ti liberteq;.C.de op.li.in.ij.co.ideo oportet videre qd eſſet libratuꝛo ꝑ
uoꝝ ꝓpter ſurreptiones bullaꝝ quo ad valorẽ.tamẽ qꝛ hic declarat̃ ſatis
eſt ꝙ ad nos.ſ; interrogaui vnũ gallicũ qd ẽ iſta moneta.⁊ dixit mihi ꝙ
cũ alias fuiſſet factũ conciliũ in ciuitate Turoneñ.Rex francie q habe/
bat odio Italos ꝓcurauit ꝙ fieret ĩpetratio ſm illam librã Turoneñ.
paruoꝝ que libꝛa valet vnũ ducatũ.⁊ ꝙ nõ fieret per ducatos.⁊ ſic tunc
factũ fuit.ſed credo ꝙ ſit ſomniũ ⁊ ſatis eſt ꝙ ſumus certi quantũ valet
libꝛa Turoneñ.paruo qꝛ valet vnũ ducatũ ſed vidi dubitari quõ intel/
ligit̃ ducatus in impetrationibus an ſcd͂m ꝙ valet in partibus:vl' ſcd͂m
ꝙ conſtat in curia cũ cambio ⁊ allegaui ꝙ ſcd͂m ꝙ valet in curia in cam
bio ⁊ allegaui nota.in.d.c.quãto.⁊ in dicta.l. Paulus de ſolu. que lon
gum eſſet referri hic.vt practicat rota.

Qualit̃ exiſti
met̃ ducatꝰ in
ĩpetratiõibꝰ.

## Sequitur viceſimaquarta regula.

Item prefatus dominus noſter papa voluit: decreuit: &
ordinauit, ꝙ quecũq; conceſſionũ gratie et mãdata etiã
motu ꝓprio et cũ derogatiõe huius conſtitutionis q̃ ab
eo ꝓ quibuſcũq; ꝑſonis emanauerit de ꝓuidendo eis de
qbuſuis bñficijs vacaturis ꝑ ꝓmotionẽ quorũcunq; ad
eccleſiaꝝ & monaſterioꝝ regimĩa ſi huiuſmõi cõceſſio
nes et mãdata diẽ ꝓmotiõis ꝓmouendoꝝ ipſoꝝ p̃ceſſe
rint, necnõ quecũq; collatiões et ꝓuiſiones ꝓ tꝑe facien
de de premiſſis: ac quibuſuis alijs bñficijs eccleſiaſticis
ſecularibus ac regularibus que per ꝓmouendos vel per
aſſumendos ad quaſcunq; prelaturas inter illaꝝ vacatio
num & huiuſmodi ꝓmotionũ vel aſſumptionũ tꝑa ſim
pliciter vel cauſa permutationis vbicunq; ſignari vel ali
as dimitti contigerit cum inde ſecutis ꝓ tempore ſint caſ
ſa & irrita nulliuſq; roboris vel momenti.

¶ Iſta regl'a dicit ꝙ mãdata de ꝓuidẽdo ſiue ꝓuiſiões quoꝛũcũq; bñfi
cioꝝ vacaturoꝝ ꝑ ꝓmotiões quoꝛũcũq; ad quaſcũq; p̄laturas:etiã ſi fiãt
motu ꝓprio derogatõe huiꝰ cõſtitutõis. Itẽ ꝓuiſiões ⁊ collatões bñfici
oꝝ illoꝝ q deberet ꝓmoueri q̃ vacãt ꝑ reſignatiõem ſimplicẽ illoꝝ vel ex
cã ꝑmutatiõis etiã ſunt nulle.⁊c.Et rõ huiꝰ cõſtitutiõis q̃ ad ꝑmã ꝑtẽ
fuit iſta:qꝛ qñ vnus debebat ꝓmoueri ad ep̄atũ vl' ad regimẽ monaſterij
tñ erat ĩpoꝛtunatꝰ papa ſuꝑ bñficijs illis vacaturis ꝙ ꝓpt ĩpoꝛtunitatẽ



illa cõcedebat:etiã indignis.ido caſſat papa talia mãdata. ⁊c. Quo ad
ſcd͂az ꝑtẽ fuit rõ:qꝛ ille q ſciebat ſe ꝓmouendũ faciebat reſignatões ſecre
tas vl' ex cauſa ꝑmutatõis ꝑmutabat pinguia beneficia ꝓ vno beneficio
minio qđ põt fieri iuxta doctrinã doc. in.c.cũ venerabilis. de exce. ⁊.c.
cũ vniuerſoꝝ.de re.ꝑmu.⁊ ſic qñ papa volebat cõferre nihil reperiebat̃
uel modicũ in bñficijs ſuis:iõ.⁊c. ¶ Et põderandũ mihi puto id qđ dꝛ
hic:qꝛ dat̃ intelligi ꝙ bñficia vacãtia tam ꝑ ꝓmotionẽ ad eccleſiã cathe
dralem q̃; ad regimẽ monaſterij vacãt in curia.ſ; de iure nõ reperio hoc
cautũ.imo video ꝙ illi ad quos ꝑtinet collatio illoꝝ bñficioꝝ pñt ea cõ
ferre ꝑ manus cõſecratõis ⁊c.c.cũ in cũctis.de elec. Itẽ de iure cõi nõ re
perio cautũ ꝙ ſi vnus h; preſtimonia vel alia bñficia ſimplicia ⁊ ꝓmo/
uet̃ ad regimẽ monaſterij:ꝙ iſta bñficia vacãt ipo facto.ſ; bñ reperio il/
la reſeruata ꝑ extraua.ad regimẽ.ſ; qꝛ illa extraua.expirauit cũ bñdicto
eiꝰ cõditoꝛe vt ex fine eiꝰ apparet.⁊ dixi.s̄.in alia regl'a. Sequit̃ ꝙ ſi pa
pa moꝛiret̃ q has regl'as fecit ſuo tꝑe duraturas vt.s.in ꝓhemio.⁊ fecit
ſil'es reſeruatões in illis cõtentas in extraua.ad regimen:ꝙ tũc ſi anteq̃;
eligeret̃ aliꝰ põtifex:vl' anteq̃; faceret regl'as reſeruationũ vacaret epiſco
patus ⁊ canonici eligerẽt ⁊ archiep̄s cõfirmaret ꝓut pñt facere. vt dixi
ſuperius in ſcd͂a regl'a:ꝙ tũc ille ad quẽ ꝑtineret collatio ipſoꝝ bñficioꝝ
poſſet cõferre de iure ꝑ.d.c.cũ in cũctis. Item ꝙ añ electionẽ illiꝰ vl' cõ
firmationẽ poſſet ille renũciare bñficia ſua ſimpl'r vel ex cã ꝑmutatõis:
qꝛ tũc nõ haberet locũ iſta regl'a ꝑ ꝓhemiũ regulaꝝ. Et iſta val; in ſimi
li ꝓ cõcoꝛdatis alemanie ⁊ ꝓ pꝛagmatica frãcie. ſ; ad tollendũ h̄ dubiũ
papa dicit qñ ꝓmouet aliquẽ ad eccleſiã ꝙ reſeruat bñficia ipſius ⁊ con
fert alij vel mãdat cõferri: ⁊ iſta eſt reſeruatio ſpecialis q̃ ſolet ꝑ cãcella
riam expediri vt dixi ſuꝑ in alia regl'a. Item põderandũ mihi arbitroꝛ
iſtud verbũ qđ ponit̃ hic etiã motu ꝓpꝛio ⁊ cũ derogatõe hmõi cõſtituti
onis.⁊c. Ex q̃ videt̃ ꝙ papa ĩponit ſibiipſi legẽ.⁊ ꝙ etiã ſi appareret bul
la cõceſſa motu ꝓpꝛio ⁊ cũ derogatõe iſtius cõſtitu. ꝙ nõ deberemꝰ obe
dire:ſed h̄ eſt cõtra diſpoſitionẽ iuris cõis: qꝛ ꝑ quãcunq; poteſtatẽ pa/
pa daret alicui:vel quecũq; v̄ba diceret in ꝑuilegijs ⁊ cõſti.nihilominꝰ
maioꝛẽ poteſtatẽ retinet penes ſe ad totũ illud caſſandũ.ca.dudũ.⁊.ca.
q̃ſui s lo.ij.de ꝓhẽ.li.vi. Ergo ſequit̃ ꝙ ſi papa diceret in bulla ꝓuiſiõis
ꝙ motu ꝓpꝛio ⁊ ex certa ſciẽtia h̄ facit: ⁊ ꝙ exp̄ſſe derogat huic cõſtitu.
ꝙ valeret iſta derogatio ꝑ dicta.c.⁊ ꝑ.l.ſi qd in pꝛi.teſti.ff.de le. iij.⁊ il
lud. dicit Bal.in p̄ludijs feudoꝝ in.xiij.col.⁊ in.i.⁊ in.x.co.q feudũ da/
re poſſunt.cola.x.q dicit ꝙ papa ꝑ v̄ba derogatoꝛia põt ſibi ĩponere le/
gẽ ſ; nõ ſucceſſoꝛi ⁊ allegat Io.mo.in.c.i. de cõſtitu.li.vi.eſt vna truffa
Sed mirandũ eſt de tanto doctoꝛe q ſimilia v̄ba dixerit ꝑ p̄dicta iura.
ideo crederẽ ꝙ ſi papa vellet derogare iſti cõſti.faciendo exp̄ſſam menti
onẽ ꝙ poſſet.⁊ ſufficiãt dicta doc.in.c.i.de exce.p̄la.li.vi.⁊ in dicta.l. ſi
qs in ꝓncipio.de le.iij.⁊ ꝑ Bal.in.c.naturales.ſi de feu.fuerit cõtro. in
iij.co.⁊ in.c.i.§.libellariꝰ de pa.cõſtan.⁊ in.l.i.C.de naturalibꝰ. li.vbi
bona glo.⁊ per canoniſtas aliq̃s modernos in.c.nõnulli de reſcrip. veꝝ
tñ eſſet ꝙ in h̄ dꝫ expectari ſcd͂a iuſſio ſi vellet oꝛdinariꝰ.ar.c.ſi qñ de re

Illatio optĩa

ſcrip.ſʒ ſi ordinari⁹ nollet nõ teneť ꝑ p̄dicta.Et ita credo ſententiare ro
tā.Jtē arbitroꝛ ꝙ iſta clauſula mot⁹ ꝓpꝛij:ꝛ cū derogatõe ꝛc. debet etiā
intelligi in ſcdo reſpõſo hui⁹ ꝯſtitutiõis.qꝛ ſub vno ꝯſtructo poniť tota
iſta diſpoſitio.ꝟ pariformiter debet intelligi iuxta doctrinā Bar. in.l.
tal'.ſcriptura.ff.de lega.i.ꝛ in.l.p̄toꝛ ait.§.eritq; dr̃ia.ff.vi bonoꝝ.rap.
ꝛ in iſtis nõ debem⁹ ſeparare caudā a capite:alias eſſet abſonus intelle
ctus.glo.eſt notabil'.in.c.cõſuetudinis.xi.di. q̄ allegat.ca. maioꝛes de
Nota — bap.ꝛ ibi notāt docto.ſʒ oĩs noĩatiu⁹ hic poſit⁹ regiť infra ibi.ſint caſſa
ꝛ irrita.ꝟ.ꝛc.ꝑ p̄dicta.¶Jtē alias fui iterrogatus in curia ſi vn⁹ veriſi
miliť neſciebat ſe ꝓmouendū ꝛ interī renūciauerat aliq̇d bn̄ficiū in fauo
rē ſui familiaris vl' amici:an valebat iſta renūciatio ꝛ dixi me credere ꝙ
ſic etiā ſi poſtea in breui ꝓmoueręť ꝛ rõ eſt qꝛ iſte nõ facit in fraudē legis.
ꝟ.ꝛc.nam aĩa legis eſt rõ legis.l.cū rõ.ff.de bonis dā.ꝛ ſi dicať ꝙ ſuffi
cit ita ſcriptū eſſe.ꝛ ita dʒ ſeruari.l.ꝓſpexit.ff.q̄ ꝛ a q̇.ꝛ.ca. in memoꝛia
xix.di.vt ſepe dixi ſuperi⁹.illa lex caret ſpū.vt dicit Bal.in.l. ſi q̇s ꝟuo
C.de furtis.ꝛ ſic credo fuiſſe vt intellexi ſententiatū in rota.maxie qꝛ ex
multis q̄ no.in.l.ſi ſeruus pluriū.ff.de le.ꝛ ex alijs relatis ꝑ Bal. i.c.i.
§.ꝛ qꝛ vidim⁹ q̇ feu.da.po.in.vij.co.põt colligi intētio ſtatuētis.etiā ſi
nõ expꝛimať.que omitto cauſa breuitatis.hec ſufficiant ꝓ nūc.

## ¶Sequitur viceſimaquinta regula.

Item voluit ſtatuit & ordinauit idem dn̄s noſter ꝙ iudi
ces in romana curia deputati ꝓ tꝑe etiā ſi ſint romane ec
cleſie cardinales cauſaꝝ pallatij apoſtolici auditores vel
alij quicunq; nõ iuxta ſupplicationū ſignataꝝ ſuper qui
buſuis īpetrationibus vel cõceſſionibus:niſi ſint cõmiſ
ſiones iuſticiā continentes ꝑ placet vel ꝑ ſancte romane
eccleſie vicecancellariū iuxta facultatē ſuꝑ hoc ſibi con
ceſſam ſignate:ſed iuxta litteraꝝ ſuꝑ eiſdem īpetrationi
bus et cõceſſionibus cõfectaꝝ tenores & formas iudica
re debeant:& ſi littere ipſe minus bene per preoccupatio
nem vel alias expedite reperianť ad illoꝝ quoꝝ intereſt
inſtantiam ad apoſtolicā cancellariam remitti poterunt
per eius officiales quibus huiuſmodi tenores & formas
perſtringere conuenit ad formas debitas reducendo.

hoc de iure canonico ne videat̄ obſtare.l.fi.ff.de officio eiꝰ cui mandata
eſt iuriſditio.⁊.l.more maioꝝ.ff.de iuriſ.om.iudi.ergo ⁊c. Sꝫ ratio de- — Ratio decidē di huꝰ regl'e.
cidēdi eſt: quia videt̄ electa induſtria ꝑſone qn̄ dat̄ a papa ꝑ ſignaturā.⁊
ideo ne ſine cauſa poſſit ſubdelegare mandat hoc hic papa ꝙ ponat̄ iſta
clauſula ꝓ qua facit.c.fi.§.is autē.de offi.de. Sed iſta regula nō habet
locū in reſcriptis que cōmuniter emanāt ſine ſignatura pape vel eiꝰ mā-
dato facto: ergo nō debemus recedere a ꝟbis. qꝛ reſcripta ſine ſignatura
expediunt̄.⁊ hoc ideo: qꝛ fundant̄ iure cōi oīa reſcripta.ſ.cōqueſtꝰ ad au-
diētiā ſuā nobis dilecti ⁊c. Et ꝑ ſuꝑdicta videt̄ ꝙ vicecācellariꝰ nō pōt
ponere in officio ſuo aliū regētē cācellarie cū eius induſtria ſit electa. ta-
men cōtrariū eſt verū vt infra dicā in ſui poteſtate: qḋ facit cōtra fantaſti-
cos dicētes ꝙ nō habet poteſtatē niſi ſm̄ regulas cācellarie.⁊ iſta regu-
la nec facit ꝓ nec cōtra aliquē: ideo neſcio ſi ſit dāda ⁊ credo ꝙ nō: qꝛ con-
cernit expeditōꝫ tm̄ lr̄aꝝ ⁊ nō hꝫ decretū irritās cū correctōe. D. T. R.
¶ Hic habēt aliqui libri rubricā de diſpenſatiōibus.

## ¶ Sequitur quadrageſimaſeptima regula

¶De diſpenſationibus.

¶Itē voluit q̄ in litteris diſpēſationū ſup aliq̄ gradu con
ſanguinitatis vel affinitatis aut alias ꝓhibito ponat̄ clau
ſula: ſi mulier rapta nō fuerit; et ſi ſcienter ponat̄ clauſu-
la addita in quaterno.

¶Iſta regula dt q̄ qn̄ petit̄ diſpēſatio a papa ſup aliq̄ gradu ꝓhibito a
iure cōſanguinitatis vel affinitatis aut etiā publice honeſtatis tūc a cā-
cellaria vel etiā penitētiaria ponit clauſulā: dū tn̄ dicta mulier rapta nō
fuerit: ⁊ ſi expſſum eſt q̄ ſciēter cōtraxerūt mrimoniū debet poni clauſu-
la addita in q̄terno cancellarie: q̄ dicit q̄ ſeparent̄ ad tps q̄uſq̄ ad arbi-
triū cōmiſſarij cōgruētē egerint penitētiā: ⁊ poſtea diſpēſent̄ ſecū. hoc dt
⁊ inq̄ztū tex. hic expmit gradū cōſanguītatis vel affinitatis vel al's ꝓhi-
bitū iſtud vltimū itelligi debet de publice honeſtat̄ iuſticia: puta ſi fra
ter me⁹ cōtrahit mrimoniū cū maiori ſeptēnio ⁊ minori .xij. tūc lʒ ibi nō
ſit affinitas: tn̄ eſt publece honeſtatis iuſticia q̄ etiā dirimit mrimoniū:
c. litteras. ⁊ c. acceſſit. de deſpō. ipu. ⁊ c. vnico. e. t. li. vi. iō ſi ego volo ſe
cū cōtrahere oportet hr̄e diſpēſationē a papa: ⁊ debet ſuari iſta rl'a. ⁊ ſi
dicat̄ q̄ expſſa affinitate hic etiā veniebat publice honeſtatis iuſticia: vt
vult glo. in ꝟ. ij. in. c. nō debet. de cōſan. ⁊ affi. ſʒ certe illa glo. dʒ itelligi
qn̄ diſpēſat̄ pncipal'r ſup affinitate: ⁊ tūc in cōſeq̄ntia veniat publica ho
neſtas al's ſec⁹. nā eſt publica honeſtas tn̄ tūc debʒ expmi p ſe. ⁊ ſic itel
ligit̄ glo. cōtraria i arbore cōſanguītatis ſm Abb. in. d. c. nō debet. iō
fuit neceſſe hic poni iſta verba obſcura. q2 refert ſe ad aliā ſcripturā. ⁊ in
h̄ caſu pinde eſt ac ſi tot⁹ ille tenor illi⁹ clauſule inſereret̄: iō oportuit il-
lū q̄ternū videre. facit. c. venerabil̄. de exce. aut̄. ſi q̄s in aliquo documen
to. C. de eden. nec obſtat illō qō dt Bal. in. c. §. fi. q̄li. olim feu. aliena po
te. col. x. q̄ dt q̄ qn̄ ſtatutū p ſe dat certā formā nō optet pſcrutari aliam
ſcpturā etiā ſi i ea fiat mētio alicui⁹ ſcpture. q2 illud vex̄ qn̄ inſereret̄ illa
clauſula: al's ſecus p ea q̄ dixi. ⁊ ſic loquūtur iura faciētia mētionē de edi
ctis pretorū in primo caſu: vt dicit ibi Bal. ⁊ ideo debuiſſet hic inſeri il-
la clauſula. ſʒ q2 agit̄ de exburſanda pecunia: ⁊ vt facta curie nō itelligāt̄
ab oībus marie extra curiā ponunt̄ hec ꝟba ⁊ ſil'ia. ⁊ audio q̄ penitētia-
ria ſuat hāc reg. ſʒ de ſepatiōe neſcio: ⁊ camera etiā deberet ſuare. ſed p
pecunia credo q̄ iſta clauſula nō poneret̄ nec quo ad raptā nec quo ad ſe Omia ſunt ve
parationē. nā oīa venalia rome: vt ait Saluſtius. ⁊ credo q̄ nō ſit dan nalia Rome.
da: q2 cōcernit expeditionē: ⁊ nō habet decretū irritans. ⁊ credo q̄ ſi iſte
clauſule nō ponūt̄ ſʒ ſimplicit̄ trāſeat bulla q̄ corā iudice cōmiſſario poſ
ſet opponi: ⁊ q̄ redderet̄ ſurrepticia bulla. ar. c. qō dilecto. ⁊ c. q2 circa. ⁊
qō ibi no. marie p doc. de cōſan. ⁊ affi. iūcto. c. poſtulaſti. de reſcp. tn̄ po
nit̄ iſta clauſula ad iuſtificationē eccl'ie ⁊ ad exburſandū pecunias. ⁊ p̄ri
ma clauſula. ſ. dūmō rapta nō fuerit: fundat̄ in. c. fi. a cōtrario ſenſu in fi
ne de rap. nam licet de iure canonico valet matrimoniū cōtractū cum ra
pta: dū tamē diſſenſus tranſeat in cōſenſum tamē hoc vex̄ ſi al's ſint abi
les perſone ad cōtrahēdū: vt in. d. c. fi. Item ſecūda clauſula q̄ ſeparent̄:



fundat̄ breuiter in. c. ex litteris. de conſang. ⁊ affi.

¶Sequitur quadrageſima octaua regula.

¶Item voluit q̄ in diſpenſatiōibus ſuper defectu natalili
q̄ poſſint ſuccedere in bonis tēporalibus ponat̄ clauſu-
la q̄ nō preiudicet̄ illis ad quos ſucceſſio bonorū ab inte
ſtato ptinere debeat.

¶Iſta regula dicit q̄ ſi diſpenſetur cum aliquo vt poſſit ſuccedere in bo
nis temporalib⁹ q̄ debet poni clauſula q̄ nō preiudicet̄ illis qui ab ite-
ſtato ſuccedere deberent. hoc dicit iſta regula. ⁊ poſſet poni exemplū in
terris eccleſie: quia alias in terris imperij: licet aliqui doctores per pla-
cebo domino velint tenere q̄ poſſit papa legitimare quo ad tēporalia ⁊ Doctores de
quo ad ſucceſſiones. ſed de⁹ nouit an hoc ſit verū. de quo p doc. in. c. per placebo dn̄o.
venerabilē. qui filij ſint legi. tamē ſicut legitimat⁹ per imperatorē nō cen-
ſetur legitimat⁹ quo ad ordines: nec̄ quo ad beneficiū: vt ait gloſa in. c.
imperatores. x. di. ⁊ in. c. i. lix. di. ⁊ in. c. puenit. ci. di. ⁊ hoc cōiter etiam te
netur p Bal. in ꝓhemio. C. qui eſt legiſta. ergo idē poteſt dici ecōtrario:
cū cōtrarioꝝ eadē ſit diſciplina. iſti. de his qui ſunt ſui vel alieni iur̄. in
pn. ⁊ iſta clauſula fundat̄ in. c. naturales. ⁊ ibi no. de ſi feu. ſue. cōtro. ⁊ p
dicta doctoꝝ in dictis. c. ⁊ in. c. tanta. qui fi. ſint legi. ⁊ credo p dicta iu-
ra ⁊ p alia vulgaria dicētia q̄ per reſcriptū vel priuilegiū nō derogatur
iuri tertij: q̄ etiā ſi nō ponat̄ iſta clauſula: tamē itelligit̄. ſed quia agitur
hic de exburſanda pecunia: vel vt iuſtificet ſe eccl'ia cū clauſulis ſubintel
lectis. ⁊ q2 hic cōcernit̄ preiudiciū tertij: credo q̄ eſſet danda etiā in ter-
ris eccl'ie camere. tamē bene credo q̄ poſſet expediri ſine iſta clauſula: ex
quo ſubintelligit̄ vt dixi: ⁊ quādo operat̄ iſta clauſula vel an papa poſſit
legitimare in terris regū vel imperatoꝝ quo ad tēporalia: nō eſt meū h̄ di
cere: ſed remitto ad ea que dixi in dictis. c. poſt doct̄. legēdo hic Rome.
⁊ credo q̄ nō ſit danda cū cōcernat expeditionē litteraꝝ ⁊ nō habet de-
cretū irritās. Vnū tamē nō omittā circa legitimationē: q̄ etiā in terr̄ ec
cleſie papa nō pōt ex ordinaria poteſtate legitimare filiū p̄ſbyteri vt ſuc-
cedat in p̄rimonialib⁹ p̄ſbyteri. q2 fit p̄iudiciū eccl'ie: cui ſunt bona cleri-
ci obligata p mala admiſtratiōe eccl'ie quā geſſit. ſicut dicit Domi. de i-
peratore in terris imperij in hoc caſu i. c. quo iure. iuxta fi. viij. di. tamē
ſi ipe faceret ex certa ſciētia valeret in bona hora. q2 null⁹ pōt dicere ſibi
cur ita facis: vt dt glo. in. c. quāto. de trāſla. p̄la.

¶Sequit̄ quadrageſima nona regula.

¶Itē q̄ p quācūq̄ ſignaturā i q̄uis gratia nullaten⁹ diſpē
ſatio veniat niſi dicta gratia totaliter effectū diſpēſatiōis
huiuſmodi cōcernat: vel alias nihil cōferret aut operare
tur: & ſi ſuper defectu etatis fit diſpēſatio huiuſmodi de
duobus dūtaxat annis dari valeat habita prius per teſtes

idoneos vel alias informatiõe quo ad hoc de idoneitate pſone cui dicta diſpẽſatio concedet.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ꝑ quãcũqꝫ ſignaturã in quauis gratia nulla diſpẽſatio veniat: niſi ſuꝑ diſpenſatiõe principaliter ſit facta: vel ſi alias nihil operet. ꝛ ſi diſpenſet ſuper defectu etatis debet cancellaria dare de duobus annis: tm̃ cõſtito ſibi al's de idoneitate pſone. hoc dicit: pone exemplũ: ſi minoꝛ viginti annis vel baſtardus dicit ſe minorẽ vel baſtardũ: et impetrat beneficiũ tm̃ a papa. tũc in pͥmo vel in ſecũdo caſu regule ſi papa dicat: fiat vt petit: nõ ꝓpterea videt ꝙ cancellaria debet diſpẽſare cũ iſto: niſi ſicut dicit in exceptiõib⁹. Et ratio dubitãdi eſt. quia ex quo exꝓmitur defectus: ꝛ papa reſpondet ad petita. videt hoc diſpẽſare. quia talis pſumit reſponſio qualis fuit petitio. c. inter dilectos. de fide inſtru. ꝑ textũ ꝛ gloſam. ideo videt princeps diſpẽſare: arg. l. quidã conſulebãt. ff. de re iu. Sed ratio decidẽdi fuit: quia princeps nõ concedit ea que ſunt ſtricti iuris vnico verbo ne videat deſtruere iura multis vigilijs cõdita vnico verbo: ar. l. ſi quãdo. C. de inoffi. teſta. ꝛ. l. percipimus. C. de ap. ꝛ iſta regula cõcernit expeditionẽ litteraꝝ ibi per quãcũqꝫ ſignaturã ꝛc. iõ nõ deberet dari ad ꝓducendũ in iudicio. quia nõ anullat actũ ꝛ nõ dirigitur iudicib⁹. Item ex iſta regula nota illud quod fundat iure. qꝛ dicit ꝙ in quacũqꝫ diſpenſatiõe etiã reſtringibili verba debẽt aliqͩ operari. c. ſi papa. de pui. li. vi. cũ ſimili. tamẽ ſufficit ꝙ operent aliquẽ effectũ: etiã ſi ille effectus nõ ſequat in totũ illud quod verba ſonãt. hoc fundat hic. ꝛ ad hoc facit gloſa notata in. c. ſi duo. i. reſpon. de ꝓcurat. li. vi. quã notat ibi Domi. ad hoc. ꝛ ꝓ hoc etiã facit quod ipe dicit in. c. ei qui. de preben. li. vi. in. vi. ꝛ in. vij. co. ꝛ allegat etiã illã gloſam ad limitationẽ dicti capli: ſi papa. ꝛ etiã faciat gloſa in ver. occupãtis in co. c. ad hanc regulã quã etiã ibi notat Domi. camera tamẽ que eſt liberalis quo ad receptionem pecunie bene expediret bullas ſuꝑ tali ſignatura. ideo ſis cautus ꝙ ibi facias expediri. quia rota neqꝫ aliquis iudex nõ curat nec debet curare de ſignatura pape: ſed de bullis vt dicit regula cancellarie ꝛ ſuperius dixi: nõ tamẽ foret cõtra iuſticiã: imo cõſonũ iuri. ꝙ ſi aliter expediretur bulla qꝫ hic exprimat ꝙ daretur cõmiſſio ꝑ placet quod conſtito de ſupplicatiõe. Et de hac regula auditoꝛ nõ daret fidẽ dicte bulle: ſꝫ dubito ꝙ ſignaret ſine fauoꝛib⁹ ꝛc.

¶ Sequitur quinquageſima regula.

¶ Itẽ voluit ꝙ ſuꝑ defectu nataliũ dent graduatis ſeu de magnis nobilibus genitis ꝑ ſimplicẽ ſignaturã quatuor etiã ſi canonicat⁹ & prebẽde cathedraliũ ſeu collegiataꝝ eccleſiaꝝ: et ꝑficiat vt petit vltra hoc dignitates etiã maiores et principales: alijs vero ꝑ fiat tria: & per fiat vt petitur quattuor ſi petant: dũmõ canonicatus et prebẽde cathedraliũ eccl'iaꝝ vel dignitates nõ exiſtãt.



¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi vn⁹ petat diſpẽſari ſecum ſuꝑ defectu nataliũ ꝛ ad bñficia ꝙ ſi ille ſit graduat⁹ vel de magnis nobilib⁹ ꝑ ſignaturã pape ſimplicẽ. ſ. fiat: debẽt ſibi dari qͣttuoꝛ bñficia: etiã ſi canonicat⁹ ꝛ ꝓbende cathedraliũ eccl'iaꝝ exiſtãt: per ſignaturã fiat vt petit: tũc debet addi etiam ſi dignitates maioꝛes poſt põtificalẽ vel ꝓncipales in collegiatis eccleſijs exiſtãt. ſi ꝟo nõ fuerit de magnis nobilib⁹ genit⁹ dꝫ ſibi dari per ſimplicẽ ſignarurã. ſ. fiat: ad tria bñficia. ꝛ ꝑ fiat vt petit etiã qͣttuoꝛ ſi petant: dũmõ nõ ſint canonicat⁹ vel dignitates ꝛc. hoc dicit. Et qͦ ad iſtas regulas loqͣntes ꝑ fiat vel ꝑ fiat vt petit ꝛc. idẽ practicat hodie cancellaria ſi ſignatura fiat ꝑ cõceſſum. i. per illũ cui papa cõmittit ſignaturã ſuã vel per vicecãcellariũ: arg. l. itẽ eorũ. §. i. ff. ꝙ cuiuſqꝫ vniuerſitatis noie quicqͩ ſentiat Bal. in ſimili. in ca. naturales. in. i. co. ſi de feu. fue. cõtrouer. col. x. ꝛ lꝫ ſuꝑius in alia regula dixerim cõtrariũ. tñ audio ꝙ aliquãdo ſic practicat in cancellaria. ꝛ in hoc ſtandũ eſſet ſtilo ꝛ tolerãtie pape ar. c. qꝫ graui. de crimine fal. ꝛ. c. ꝙ tranſlationẽ. de offi. le. ꝛ quod dͬ ibi Bal. referẽdo Johan. an. quia iſta regula cõcernit expeditionẽ litteraꝝ ꝛ nõ anullat. ideo nõ deberet dari nec dabit vt credo. Et inqͣntũ iſta regula loquit de genitis ex magnis nobilib⁹ ſciẽdũ mihi eſt ꝙ nobiles dicunt tripl'r. Quidã ſunt illuſtres. i. nati ex duob⁹ marchionib⁹ aut comitibus: qͥ reputant illuſtres. l. ij. vt dig. oꝛ. ſer. li. xij. Alij ſunt magni nobiles. i. filij baronũ qͥ ſunt ſine adminiſtratiõe dignitatꝫ alicu⁹ de predictis vel ſi ſint comites: nõ tñ reputant illuſtres: ſꝫ vocant magni nobiles ex qͦ differũt a nobilib⁹ ex inferioꝝ nobiliũ genere: qꝛ in hoc reputant nobiles ex reputatiõe. vt dͬ Bar. late in repetitõe. l. i. C. de dig. li. xij. ꝛ vltra cũ allego ca. i. i ꝓn. ꝛ. §. ſi qͥs vero temerario. de pace iu. fir. co. x. ꝛ de iſtis loquit iſta regula: qͦd appꝫ: qꝛ equiꝑat eos gͣduatis ꝛc. Et alij ſunt nobiles ex inferioꝝ nobiliũ genere. ꝛ iſti ſunt qͥ cõiter differũt a plebib⁹ ꝛ reputant maioꝛes qꝫ plebes: ꝛ iſti appellant diuerſis noib⁹ ſm̃ vſum patrie. nã venetijs appellant foꝛte magnates: ꝓ qͥ noiatõne ꝛ nobilitate eſt tex. i. c. i. in ꝓn. ibi: eũ oib⁹ locoꝝ ꝓuatib⁹ ꝛc. de pace iuramẽ. fir. Et floꝛẽtie appellant maioꝛes: ꝛ in hyſpania vocant fidaligos: vt ex dictis Bar. colligit. ꝛ h̄ dͬ expſſe i. d. l. i. ꝛ de iſtis nõ loquit iſta regu. de qͦ me remitto ad glo. quã feci in r'la ꝓrogatiuaꝝ Pauli. ſuꝑ qͣ nobilitate pugnaui in curia: ꝛ qͥcqͩ habeo exinde habui meis manib⁹ grã dei. ꝛ hic nõ opoꝛtꝫ ſpecificari illas nobilitates: ſꝫ ſatis eſt ꝙ qͦ ad ꝓmã ꝛ ſecũdã habeat locũ iſta r'la: ꝛ nõ qͦ ad tertiã. de qua nobilitate etiã aliqͩ ꝑ Bal. i. c. qͥs dicat dux. col. x. Itẽ nõ eſt hic inſiſtẽdũ an illegitim⁹ ſit nobilis: qꝛ nõ fundat ille tex. ꝛ ſunt iura ꝓ et cõtra. et cõſului ſuꝑ hoc bis ꝙ ſic: lꝫ Bal. et doc. diuerſi videant. ſꝫ vnũ omittã h̄. qꝛ etiã nat⁹ ex aliqͣ baroniſſa et aliqͦ villano legitie dꝫ gaudere hac ꝓrogatiua hui⁹ r'le: faciat. c. nouit. de iudi: et quod dicit ibi Johan. an. et glo. et ibi Ange. in aut. de inceſt. nup. col. iij. et credo ꝙ nõ ſit dãda iſta regula: ꝑ ea qͣ dixi. ſ. regu. ꝓxi. camera tñ non curaret de iſta ſolẽnitate: ſed daret ad qͣcũqꝫ quotcũqꝫ et qͣliacũqꝫ etiã ſine ſigtura: vt iã vidi in curia. ſꝫ dͬ glo. et male. ſꝫ rñdebũt mihi cũ Iuuenali: qͩ enĩ ſaluis in famia nũmis: dicã tñ ego qͦd ꝓficiat ſibi qͦ ad coꝛp⁹

Qui dicant nobiles

ſʒ nõ q̄ ad aīam tā faciēti q̄ȝ cõſentiēti. ⁊ de ḡduatis ītelligo etiā de bac
calarijs in hyſpania q̄ etiā ibi reputant̃ ḡduati. lʒ nõ ſit in iure gradꝰ niſi
ſi doctoratꝰ vel magiſterij. ſʒ ad h̄ facit. l. i. C. de athle. li. x. maxime q̄a
differūt a ſcolaribꝰ: ḡ ſunt graduati: arg. eoꝝ que dicit Bar. de nobili
bus. in. d. l. i. de dig. li. xij.

¶Sequitur quinquageſimaprima regula.

¶Item voluit/ſtatuit & ordinauit ꝙ ſuꝑ obtinēdis incõ
patibilibꝰ beneficijs in theologia magiſtris & in iure ca
nonico vel ciuili doctoribꝰ: et in illis cū rigore examinis
ac eadem theologia licētiatis aut formatis baccalarijs ac
magnis nobilibꝰ ꝑ fiat q̄nquēniū: et addito vt petit̃ q̄ ad
vixerit ad duo incõpatibilia: alijs vero ꝑ fiat biēniū. & ad
dito vt petit̃ triēniū ad duo: dūmõ nõ ſint due dignitates
maiores poſt pontificales ſeu principales aut due paro
chiales eccleſię aut tales mixtim cū poteſtate ꝑmutandi
ſi petatur.

¶Iſta regula d̄t ꝙ q̄n petit̃ diſpenſatio q̄ ad duo incõpatibilia ⁊ papa
d̄t ſimpl̄r fiat. tūc ḡduatis hic exp̄ſſis vel magnis nobilibꝰ dat̃ quinq̄n
niū in cācellaria: ⁊ ſi nõ ſint ḡduati tūc dat̃ biēniū. ſʒ ſi ſiḡtura dicat: fiat
vt petit̃: ḡduatis ⁊ nobilibꝰ dat̃ q̄ ad vixerit: alijs ṽo ad triēniū. ⁊ h̄ ītel
ligit̃ dūmõ nõ ſint due dignitates poſt pontificalē aut p̄ncipales ī colle
giatis vel due parochiales aut tales mixtim. i. vna parochialis: et vna
dignitas maior poſt põtificalē ⁊c. ⁊ dat̃ cū p̄tāte ꝑmutādi h̄ petatur in
ſupplicatõe. h̄ dicit iſta regu. Venit ad declarādū notata in. c. de m̄lta.
de p̄bē. ibi circa ſublimes ⁊ litteratas ꝑſonas ⁊c. ⁊ q̄ ſunt iſti magni no
biles dixi. ſ̄. in r̄la ꝓxia. ⁊ nõ debemꝰ excedere quo ad ſ̄ ḡduatos t̄minos
h̄ poſitos. iõ iſta r̄la nõ dʒ extēdi ad baccalarios in legibꝰ vel in iure ca
nonico: q̄ꝛ ſi papa voluiſſet exp̄ſſiſſet. c. ad audiētiā. de deci. ſʒ q̄n ſimpl̄r
d̄ꝛ de ḡduatis ſecꝰ eſſet: vt dixi. ſ̄. r̄la ꝓxi. ⁊ iſta clauſula ī fine poſita ibi
dūmõ ⁊c. dʒ referri ad oīa p̄cedētia tā ad ḡduatos ⁊ nobiles q̄ȝ ad alios
q̄ꝛ clauſula ī fine poſita refert̃ ad oīa cõtēta in eadē diſpoſitiõe. c. inq̄ſitõi
de ap. facit dic. doc. in. ſi ſeruꝰ pluriū. §. fi. ⁊ ī. l. talis ſcp̄tura. ⁊ q̄d in l̄ra
ibi no. ff. de le. i. iõ ꝑ p̄dictā ſignaturā nõ diſpēſat̃ ad duas parochiales
nec ad dignitates poſt põtificalē ⁊c. etiā cū magnis nobilibꝰ aut cū gra
duatis ꝑ p̄dicta. ⁊ ita ſuat̃ in curia. Itē inq̄ꝫtū hic d̄ꝛ ꝙ det̃ p̄tās ꝑmutā
di ſi petat̃ in ſupplicatiõe ⁊ nõ ſi petat̃ in cācellaria. ⁊ ponit̃ iſta clauſula
ꝓpter. c. nõ põt. §. i. de p̄bē. li. vi. q̄ꝛ diſpēſatio ad duo incõpatibilia ītel
ligit̃ de p̄mis duobꝰ ⁊c. ſufficiat. l. boues. §. hoc ſmone. ff. de ṽ. ſig. cre
do tñ ꝙ cū tali ſignatura camera trāſiſſet tempe Sixti bullas ad vitā in
vtriſq̄ȝ h̄ exp̄ſſis. ⁊ rõ eſt. q̄ꝛ de facili diſpēſabat̃ etiā cū ſtabularibus ad
tria incõpatibilia. ḡ ⁊c. ar. c. ꝙ trāſlationē. de offi. le. ⁊ circa h̄ nobiles et
ḡduati habebāt ꝓrogatiuā ṽboten⁹. ⁊ nõ cū effectu reſpectu alioꝝ: tp̄e

Declarat ca. de multa.



tñ dñi nr̄i Inno. nõ de facili diſpēſat̃ etiā cū nobili ⁊ ḡduato ⁊ circa in
cõpatibilia. ⁊ arbitror ꝙ dubitabit h̄ cācellaria. tñ ſeruat hāc reg. ⁊ cre
do ꝙ nõ ſit dāda. q̄ꝛ cõcernit expeditionē bullaꝝ: ⁊ nõ habet decretū ir
ritans: ⁊ eſt verū.

¶Sequit̃ quinq̄geſimaſecūda regula.

¶Itē voluit & ordinauit ꝙ ꝑ quācūq̄ȝ ſignaturā deinceps
faciēda nulli cuiuſuis dignitatis ſtatꝰ gradus vl̄ cõditio
nis fuerit detur diſpēſatio: ꝙ duas ꝑochiales eccl̄ias vel
dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibꝰ ſeu
principales in collegiatis eccleſijs vel vnā cū reliq̄ ipſaꝝ
inſimul retinere valeat: niſi eccleſie ꝑochiales adeo cõti
gue & inuicē ꝓpinque ſint ꝙ ip̄is ꝑ vnū cõmode deſer
uiri poſſit illarūq̄ȝ fructus &c. inſimul vltra. xxiiij. flore
nos auri de camera ſecūdū cõ. eſti. nõ valeāt annuatim:
& de hoc in litteris diſpēſationū hmõi exp̄ſſa mētio fiat.
vel niſi ſuꝑ obtinēdis duabꝰ ex hmõi dignitatibꝰ ſeu pa
rochialibꝰ eccleſijs īſimul ꝓ magnis nobilibꝰ magiſtris
vel baccalarijs formatis ī theologia aut doctoribꝰ ſiue li
centiatis in altero iuriū ꝑ verba diſpēſamꝰ de ſpeciali ſuf
ficiēs ſignatura habeat̃. & ſuꝑ ip̄is parochialibꝰ eccleſijs
in hmõi ſignatura de parochialibꝰ mētio fiat.

¶Iſta regula dicit ꝙ per quācūq̄ȝ ſignaturā amplius faciendā nulli cu
iuſuis dignitatis ſtatus ordinis vel cõditiõis exiſtat: detur diſpenſatio
ad duas parochiales vel duas dignitates maiores poſt pontificalē: vel
p̄ncipales in collegiatꝭ vel mixtim: niſi eccl̄ie parochiales adeo cõtigue
⁊ exigue ſint q̄bus poſſet vnꝰ cõmode deſeruire: ⁊ illaꝝ fructus. xxiiij. li
braꝝ ⁊c. ⁊ ꝙ hoc exp̄mat̃ in litteris: niſi diſpēſatio fiat ꝓ graduatis h̄ ex
preſſis: ⁊ ꝓ magnis nobilibꝰ: ꝑ ṽba diſpēſamꝰ de ſpeciali: ⁊ de parochi
alibus fiat mētio aliter ſi alie littere expedite reperiant̃ nõ valeāt. ⁊ idē
vult ſuari in ꝓrogatiõibꝰ diſpēſationū. hoc dicit. Et iſta regl̄a venit ad
declarationē p̄cedētis. ⁊ ip̄a ſe interrogat ſi bn̄dicat̃ aīa illiꝰ q̄ primo or
dinauit. nā a p̄ncipio dicit de quacūq̄ȝ ſignatura: ⁊ etiā cuiuſcūq̄ȝ digni
tatis ⁊c. ⁊ poſtea dicit: niſi ꝓ ḡduatis hic expreſſis dicat̃: diſpenſamꝰ de
ſpeciali. ⁊ cõpetēs ſignatura ⁊c. ⁊ in hoc nõ oportet altercari. q̄ꝛ iudicio
meo credo ꝙ iudicabit̃ male ordinata. Et inq̄ꝫtū hic dicit̃: cuiuſcūq̄ȝ di
gnitatis ⁊c. expono iſta ṽba ſm ꝙ exponit Bar. in extraua. ad rep̄mēdā.
§. ad hoc. de q̄bus dixi in tractatu Car. in. xvij. q. ⁊ in tractatu dñi nr̄i
quē ſibi direxi. ſ̄. extraua. pietinā de futuro cõſilio. ⁊ credo ꝙ hāc reg. n̄
dñt trāſgredi etiā dñi ſecretarij de camera. q̄ꝛ ſi facerēt cõtrariū ⁊ ſuppli
catio eſſet cõtraria: tūc anullarent̃ bulle in rota per hanc regulā: et eſſet

ſibi verecūdia.tñ ſi papa vult facere cōtrariū pōt de plenitudine ptātis: quā ſemp videt̄ ſibi reſeruare cle.i.in fi.vt lite pē. Ideo eſſet cautela ſi papa vult facere ꝙ aut ſignet̄ ad longū ꝓut h̄ dicit̄: aut faciat expedire bullas ſine ſupplicatiōe: ⁊ tūc nō habebit locū regula.q̄ꝛ nō reperio ius dicens ꝙ ad expeditionē bullaꝝ reqrat̄ ſupplicatio.facit cle.dudū.§.nos eñ.de ſepul.cū glo.ibi faciat ad hoc qđ dixi.ſ̄. Itē q̄ ſūt iſti nobiles dixi ſupius in regu.l.⁊ etiā de graduatis hic nō debem⁹ extēdere ad alios gduatos p ea q̄ dixi.ſ̄.rl'a ꝓxima. Et iſta regu.eſt dāda lȝ cōcernat expeditionē litteraꝝ: q̄ꝛ ānullat.ḡ ad cōmodū partis pōt ānullari bulla: ido eſt dāda. Et inq̄ꝫtū h̄ dicit̄: ſi ſint adeo cōtigue ꝓchiales ⁊c.in hoc credo ꝙ eps pōt diſpēſare ſic̄ papa.ſufficiat glo.xxi.q.i.in ſūma.⁊ p aliqs doc.in.c.de multa.de p̄ben.⁊ faciat.c.ſanctoꝝ.lxx.di.⁊ glo.in ꝟ.a ſede.in.c.ij.de fi.pſ.li.vi. Nā lȝ diſpēſatio cōtra.c.đ multa.nō pōt fieri p aliū q̄ꝫ p romanū pōtificē: vt in.d.glo.ibi.⁊ in.c.dudū.ij.de elec.tñ in h̄ caſu credo ꝙ eps ob vtilitatē eccl'ie poſſet hoc facere: arg.iuriū ſupdictorū quicq̄d in fi.ſentiat glo.in.d.c.ij.

*Cautela* (margin)

## ¶Sequitur.liij.regula.

¶Itē cū cōceſſiōes ſup gratijs diſpēſationū q̄ꝛūcūq̄ quibuſuis p ip̄um dñm noſtꝝ cōceſſaꝝ vel cōcedēdaꝝ p regulas cancellarie apoſtolice ſint proinde limitate: licet aliqñ in petiōibus ſup hmōi cōceſſionib⁹ oblatis multa ſint petita ne quis p̄textu taliū cōceſſionū in diſpēſatiōe tenere aut facere p̄ſumat ad quod cōceſſiōes hmōi ſe nō extēdūt. Voluit idē dñs noſter ꝙ nulla talis diſpenſatio cuiq̄ ſuffraget̄ anteq̄ꝫ ſup ea littere ap̄lice ſint cōfecte.

¶Iſta regula đt in effectu ꝙ nulla diſpēſatio debet alicui ſuffragari niſi l're deſup ſint cōfecte.hoc đt. Et ponit magnū ꝓhemiū ⁊ credo ꝙ ſit facta etiā a p̄ncipio ad extorquēdas pecunias tā ꝓ officialib⁹ q̄ꝫ etiā ꝓ alijs ⁊ hodie fit in curia ꝙ q̄ vult gaudere diſpēſatiōe ſoluit duas taxas ⁊ ponit bullā in plūbo.⁊ q̄ꝛ ibi dicūt: expedita ſatis eſt ſibi vt dixi ſupius ſepenumero.q̄ꝛ cū plūbo dicit̄ bullata bulla ⁊ expedita.c.licet.de cri.fal. Sed eſt alia cautela in curia. Si vis ꝙ iſta regula nō obſtet tibi.ſ.ꝙ facias expediri quōcūq̄ volueris ⁊ ꝓducas ei⁹ ſumptū in iudicio ⁊ nō originale vbi: retro eſt qñ fuit expedita: ſed in ſumptu nō ponit̄. Itē ꝙ expedias p camerā ſi vis ſoluere vnā taxā vltra vbi nō ponit̄ qñ fuit expedita miroꝛ tñ de ſatrapis pecuniaꝝ quō nō inueniūt modū ad tollēdum has fraudes.ſ.ꝙ etiā illđ qđ eſt retro bullā.ſ.qñ fuit expedita facerēt etiā regiſtrari.hodie tñ cū iſto officio ſollicitatoꝝ ſiue geniceroꝝ bene conſtat qñ fuit expedita p librū eoꝛū. Itē etiā al's vidi cōſtare p ſcribēdariū ⁊ p alios cōputatores ⁊c Et hec regula ē dāda: tñ q̄ꝛ habet decretū irritātē etiā q̄ꝛ agit̄ de exburſandis pecunijs: ⁊ vidi etiā dari. Sed ponderāda ſunt ꝟba ꝓhemij hic: ex q̄bus colligit̄ rō toti⁹ diſpoſitiōis.l.fi.ff.de

*Fraus contra iſtā regulam.* (margin)

*Nota de heni crys.* (margin)



heredi.inſti.⁊ Bal.đt in ꝓhe.C.§.q̄bus.facit.c.fi.xcix.di.p q̄ ꝟba apparet iſtā reg.h̄re locū in his diſpēſatiōib⁹ q̄ reſtringunt̄ p regulas cancellarie tm̄.ſec⁹ de alijs q̄ reſtringunt̄ tm̄ de iure cōi p ꝟba ꝓhemij hui⁹ tñ cogitādū eſt. Unū tñ ſuccincte dicā ꝙ diſpēſat⁹ ad tria incōpatibilia ſi illa detineat etiā bullis nō expeditis: ꝙ nō incidat in penā extrauagantis execrabilis p ꝟba ibi poſita.⁊ ſic intellexi al's ſentētiatū in rota.⁊ q̄a cauſa pendet: taceo iura.

## ¶Sequitur quinquageſimaq̄rta regula.

¶Item voluit ꝙ petētibus ſecū diſpenſari rōne bñficioꝝ ꝙ nō teneant̄ ſe facere ꝓmoueri in romana curia vel ī ſtudio p fiat ſeptēniū: al's vero det̄ q̄nquēniū dūmō īfra annum a tp̄e date diſpenſatiōis hmōi ad ſubdiaconat⁹ ordinem ſint ꝓmoti.

¶Iſta regula đt ꝙ ſi petat̄ diſpēſari cū aliq̄ h̄nti parochialē vt nō teneatur in romana curia vel ī ſtudio ꝓmoueri ꝙ ſi papa đt ſimpl'r fiat: dat̄ ſe ptēniū ſȝ ſi alit̄ ſit ſig̃ta ſupplicatio tm̄ dat̄ q̄nq̄nniū: dūmō ſit ꝓmot⁹ īfra annū ad ſubdiaconat⁹ ordinē.hoc đt. Et iſta rl'a inq̄ꝫtū đt de ſtudio idē đt ius cōe.ſ.ꝙ det̄ ſeptēniū p ep̄m ſi vult: vt in.c.cū eo.de elec.li.vi. Sȝ inq̄ꝫtū đt de curia ro.hoc eſt cōtra ius cōe ꝙ diſpēſet̄: tñ papa ex cā facit ꝓpt̄ ꝓrogatiuas curialiū. Et inq̄ꝫtū hic đꝛ ꝙ det̄ q̄nquēniū ſi nō ſit ſig̃ta ſupplicatio p fiat: dȝ intelligi qñ ſignat̄ p cōceſſum p illū cui papa cōmiſit: al's neſcio qñ poſſet papa facere minoꝛē ſignaturā q̄ꝫ p fiat. Item iſta clauſula dūmō infra annū ꝓmotiōis ⁊c.refert̄ ad totā diſpoſitionē: ex q̄ ponit̄ in fi.vt dixi.ſ̄.reg.añcedēti: p.c.inq̄ſitiōi.de ap.⁊ inq̄ꝫtū hic dicit a tp̄e diſpēſatiōis h̄ eſt cōtra ius cōe: q̄ꝛ.c.lȝ canon.de elec.li.vi.reqrit ꝓmotionē a tp̄e habite poſſeſſiōis pacifice.⁊ ſic vult.c.cōmiſſa.e.t.⁊ li.et d.c.cū ex co.ſȝ debet intelligi hoc dūmō infra annū ꝓmotiōis ſit habita iſta diſpēſatio ⁊ eſt gr̃a.camera tñ hodie p quācūq̄ ſignaturā: etiā p cōceſſum daret p ſeptēniū: q̄a iſta regu.nō eſt dāda: ⁊ nō recipet ꝟecūdiā q̄ꝛ cōcernit expeditionē ⁊ nō anullat. Item q̄ꝛ ꝟba dūmō ⁊c. debēt poni in bulla ⁊ ita ſeruat̄.

*Hec regula ē parti ſm/partim cōtra ius* (margin)

## ¶Sequitur quinquageſimaquinta regula.

¶Itē de fructibus in abſentia ꝑcipiēdis det̄ in ro.curia vel ſtudio reſidēdo p quācūq̄ ſignaturam ſeptenniū et alibi quinquēniū.

¶Iſta regula đt ꝙ p quācūq̄ ſignaturā etiā latā ita fiat vt petit̄ de fructib⁹ ꝑcipiēdis dȝ dari in Ro.curia: vel in ſtudio reſidēdo p ſeptenniū: aliq̄ q̄nquēniū tm̄.hoc đt. Et eſt rō hui⁹ reg.in ſtudio p ſeptēniū: q̄ꝛ licȝ de iure ſ'm ꝟitatē deberet ſcolaris h̄re reddit⁹ bñficioꝝ ſuoꝝ in ſtudio. vt no.in.c.licet.de p̄ben.⁊ in.c.q̄buſdā.xxxvij.di.vbi eſt glo.bona: ⁊ ibi latiſſime Domi.⁊ aliq̄d in.c.ij.de ꝑui.li.vi.⁊ idē in roma.curia: vbi ſtu

deř in cõfirmatiõe fidei circa cõſtãtes:ſʒ videãt talia ex qbus videret eã
pdere:tñ qꝛ in ſtudio pſumiř qs doct⁹ ſi ſtuduerit p ſeptẽniũ maxie in iu
re canonico:vt dt glo.in.c.cũ ex eo.de elec.li.vi.iõ fuit iuſtũ ꝙ ne eccl'ia
gnareř ſuitio.ꝛ etiã alij cõbñficiati ꝙ dareř in ſtudio ſeptẽniũ ꝛ in curia
qnqueñiũ:in q̃ poſſʒ qs bene inſtrui q̃ ad malicias.camera tñ p ſignatu
rã fiat vt petit:daret etiã decẽniũ ſi ſunt pecuniꝛ:ſʒ cancellaria ſuat hãc
regulã.ꝛ iſta rl'a nõ ẽ dãda:qꝛ cõcernit expeditionẽ bullaꝝ ꝛ nõ anullat

*In curia romana inſtruit qs in malicijs.*

¶ Hic habent aliqui libri rubricã De indulgẽtijs.

## ¶ Sequitur.LVI.regula.

¶ Itẽ voluit ꝙ in litteris indulgẽtiarũ ſolũ deñ feſta per
cãcellariã dari ſolita & ꝙ durẽt p viginti annos niſi petã-
tur p vna die:et tũc durẽt ppetuo.

¶ Iſta regula dt ꝙ ſi papa cõcedat indulgẽtias alicui eccl'ie in certis fe
ſtis:tũc debẽt inſeri feſta q̃ ſolẽt dari p cãcellariã ꝛ durabũt p.xx.annos
ꝛ pl⁹.tñ ſi petanř p vna die tñ in anno tũc durabũt in ppetuũ.hoc dicit.
ꝛ rõ dubitãdi de.xx.annis potuit eſſe.qꝛ bñficiũ pncipis latiſſime eſt in
terptãdũ.c.olim.de v.ſig.facit.c.cũ dilect⁹.de dona.ꝛ.l.fi.ff.de cõſtiř
pn.ꝛ ſic videbař ꝙ p ſignaturã pncipis debeat cõceſſio infpretari in ppe
tuũ.facit.c.decet cõceſſum.de reg.iu.li.vi.ſʒ i cõtrariũ facit:qꝛ iſte idul
gẽtie ſunt odioſe,ppter queſtores q̃ nõ querũt cõmodũ aĩaꝝ ſʒ poti⁹ pe-
cuniaꝝ.facit.c.cũ ex eo de pe.ꝛ re.ꝛ cle.cũ abuſiõib⁹.e.t..ſʒ qñ petiř in-
dulgẽtia p vna die tñ in anno dʒ dari ppetuo.i.in ſempiternũ.nã h po-
nitur ppetuũ p ſempiťno.qꝛ ppetuũ habet finẽ multis modis:vt no.i.l.
l.ff.p ſocio.ꝛ eternũ eſt qd ſemp fuit ꝛ eſt ꝛ erit vt de⁹.ꝛ ſempiťnũ quod
habuit pncipiũ ſʒ nõ deſinet vt aĩa:angel⁹:ſuit⁹:vt dt glo.notabil'in.l.
eã debere.ff.de ſer.vꝛ.p.ꝛ ſic capiř hic ppetuũ p ſempiťno q̃uſqʒ finiatur
mũdus.Camera tñ in h extẽderet vires vltra reg.iuxta ſignaturã pape
ꝛ iſta regula nõ eſt dãda:quia cõcernit tñ expeditionẽ litteraꝝ ꝛ nõ po-
nit decretũ irritãs.

*Differẽtia eſt inter eternum ꝛ ſempiternũ.*

## ¶ Sequiť quinquageſimaſeptima regula

¶ Itẽ voluit ꝙ in litteris indulgẽtiaꝝ ponať clauſula ꝙ ſi
eccľie ſeu capelle vel alias aliq̃ indulgẽtia fuerit per ipm
cõceſſa:de qua mihi ſpecialis mẽtio facta nõ eſt hmõi lit
tere ſint nulle.

¶ Iſta regula dicit ꝙ ſi papa cõcedat aliquã indulgẽtiã alicui eccľie vel
capelle debet poni in litteris bullaꝝ ꝙ ſi eidẽ eccľie vel capelle aliq̃ alia
indulgentia fuerit per ipm cõceſſa ꝙ littere predicte ſunt nulle:niſi de ea
aliqua ſpecialis mentio facta ſit in iſta ĩdulgẽtia.hoc dicit.Et ratio du
bitãdi poteſt eſſe:qꝛ ſm priuilegiũ nõ faciẽs mentionẽ prioꝝ beneficioꝝ
valet:vt notat gloſa in.c.i.de reſti.ꝛ in alijs multis.Tamen papa facit
hoc ppter deceptionẽ ſibi factam:quia ſi ſibi fuiſſet facta mentio de alia
indulgẽtia forte iſtam nõ dediſſet ſaltẽ ita defacili.ſufficiat.c.poſtulaſti



de reſcrip.Et notandũ eſt iſtud verbũ hic poſitũ ibi:p ipm conceſſa ꝛc.
Ex quo ſequiř ꝙ ſi epiſcop⁹ ſm.c.cũ ex eo.de pe.ꝛ re.cõceſſit ibidẽ idul
gentiã:vel alius pontifex romanus:ꝛ etiã ſibi nõ fiat mentio de illo non
valet iſta ſecũda:per verba huius regule ꝛ iuriũ ſuperi⁹ allegatoꝝ.Ideo
eſt cautela ꝙ a quolibet pontifice nouo petař noua indulgẽtia etiã nõ fa
cta mentiõe alteri⁹ indulgẽtie cõceſſe ab alio pontifice vel ab alijs pon-
tificibus.Et iſta nõ eſt de dandis:quia cõcernit expeditionẽ litterarum
nec habet decretũ irritãs.qꝛ iſta clauſula debet poni in litteris:tñ ſi nõ
ponereř pura in camera nõ ppterea eſſet nulla indulgẽtia pretextu huius

*Cautela*

## ¶ Sequitur quinquageſimaoctaua regula.

¶ Item voluit ꝙ littere nõ expediant ſup indulgentijs ad
inſtar niſi ſpecificent.

¶ Iſta regula dicit ꝙ littere nõ expedianř ad inſtar aliaꝝ indulgentiaꝝ
niſi ille ſpecificenř.hoc dicit.Et ratio dubitãdi eſt:quia lʒ in vno inſtru
mento vel in aliquo alio documẽto fiat mentio alteri⁹ inſtrumẽti vel al
teri⁹ priuilegij.tamẽ debet cõſtare de illo p autẽticã.ſi qs in aliquo do-
cumento.C.de edendo.tamẽ qñ princeps facit mẽtionẽ alteri⁹ inſtrumẽ
ti vel alteri⁹ priuilegij:pinde eſt ac ſi totũ illud inſerereř ibi:caſus eſt in
c.ſi romanoꝝ.§.item ſi ideo.ꝛ ibi glo.xix.di.ꝛ ſic valet de iure:etiã ſi fi-
at mentio in genere de illo.vt ibi.ideo videbař ꝙ ſi papa dicit:cõcedim⁹
tibi priuilegiũ indulgentiaꝝ p tali eccleſia ad inſtar alterius eccľie.ſ.ta-
lis:tũc ſatis erat:licet nõ ſpecificarenř.tamen quia papa in his que ſunt
facti quotidie decipi poteſt:arg.c.i.de cõſti.li.vi.mandat hic ꝙ non de-
bent littere expediri niſi ſpecificenř Camera tamẽ credo ꝙ expediret per
pdicta iura circa que faciat glo.ꝛ quod ibi dicũt doctores circa hoc ſi li
cet quã idẽ facit talis littera faciẽs mentionẽ alterius priuilegij ꝛc.ꝛ an
debet oſtendi primũ priuilegiũ.d.c.contra morẽ.ꝛ in.c.vt veteꝝ.ix.di.
ꝛ in.c.abbate.de verboꝝ ſig.Et illa regula nõ eſt danda:qꝛ cõcernit ex
peditionẽ litteraꝝ ꝛ nõ anullat.Et ex iſta regula que loquiť in indulgẽ
tijs videř eſſe cõtrariũ in alijs priuilegijs a cõtrario ſenſu:vt dicunt iura
vulgaria.ꝛ facit ad hãc regulã tex.cũ glo.fi.in.c.i.de fi.inſtru.ꝛ qd dicit
Bal.in.c.de feudo guardie.in.i.co.col.x.q̃ allegat glo.d.c.i.de fide in-
ſtru.in pogatiuis.ad inſtar ſatis eſt ꝙ fiat mẽtio ĩ genere p pdicta.ꝛ ſic
fit hodie:tñ ſi reuocenř pncipalia puilegia an cenſeř reuocatũ ad inſtar.
dixi ĩ rľa.x.ꝛ dixi ꝙ ſic cõtra Bal.in.l.puilegia.C.de ſa.ſanc.ec.

*Reuocato pncipio pncipali:an ſit reuocatũ ad inſtar*

## ¶ Sequitur quinquageſimanona regula

¶ Itẽ voluit ꝙ p fiat ſi eccľia cathedralis vel inſignis colle-
giata aut ſolẽne monaſteriũ fuerit:tres:alioquin duo an-
ni & totidẽ quadragene:& p fiat vt petiť cathedrali colle
giate vel mõaſterio q̃tuor:alijs tres anni deñ: p ſingu-
lis vero dieb⁹ octauaꝝ centũ dies apponanť.et p capella
p fiat vn⁹:& p fiat vt petiť duo anni cõcedanť.

¶ Iſta reg. dr̄ ꝙ ſi petať idulgētia a papa: ⁊ ipē ſignet fiat: ꝙ ſi ſit eccl'ia
cathedralis vel inſignis collegiata aut ſolēnc monaſteriū: tūc cācellaria
debet dare tres annos ⁊ totidē quadragenas. ſed ſi nō fuerit talis eccle-
ſia: debet dare duos ānos ⁊ totidē q̄dragenas. ſi aūt ſignet hoc mō. ſ. fiat
vt petať: tūc cathedrali vel collegiate aut ſolēni monaſterio dn̄t dari q̄t
tuor anni: alijs vo tres: ⁊ p capella p fiat vnus ann⁹: p fiat vt petiť duo
anni. ⁊ p q̄libet die octauaꝝ dn̄t dari. c. dies. h̄ dicit. ⁊ data eſt rl'a. ſed il
lud qd̄ dr̄ hic de q̄dragenis debet ītelligi. i. de q̄draginta dieb⁹ p quali
bet q̄dragena. ⁊ hoc habuit ortū a capl'o: cū ex eo. de pe. ⁊ re. vbi cōcediť
ep̄o ꝙ poſſit dare q̄draginta dies in dedicatiōe eccl'ie. ⁊ ideo papa q̄ hʒ
plenitudinē ptātis in h̄ cōcedit annū vel duos ⁊ totidē q̄dragenas vt vi
deať differre ab ordinarijs. Et inq̄ʒtū iſte tex. dr̄ in. ij. rn̄ſo d̄ monaſterio
dʒ ītelligi de ſolēni. vt ſup̄⁹ dr̄. q̄ꝛ oīa regunť ab illo vbo denť. ḡ pariſor
miter debēt ītelligi iuxta doctrinā Bar. in. l. p̄tor ait. §. eritq̄ʒ differētia
ff. vi. bo. rap. Et illud qd̄ dr̄ de. c. dieb⁹ ītelligo q̄ ad oīa hic cōprehēſa
etiā de capellis p. c. inq̄ſitiōi. de ap. cū ſil'ib⁹. ⁊ q̄d operenť iſte īdulgētie
⁊ quō dn̄t cōcedi ⁊ p quē. ⁊ de multiplici materia ipſaꝝ nō eſt meū h̄ po
nere: ſatis poſui in materia iubilei: quam direxi felicis recordatōis dn̄o
Sixto. camera tn̄ credo ꝙ nō ſuaret: tn̄ hec imo daret in duplū ſi eſſent
pecunie: cancellaria tamen bn̄ ſuat. Et nō eſt dāda iſta regula: q̄ꝛ cōcer-
nit expeditionē: ⁊ nō habet decretū irritās.

¶ Hic habēt aliqui libri rubricā de bn̄ficijs
vacātib⁹ ⁊ certo modo vacaturis.

## ¶ Sequitnr. lx. regula.

¶ Itē voluit et ordinauit ꝙ in gratijs bn̄ficialib⁹ de vacāti
bus: aut certo mō vacaturis factis q̄buſlibet ſi plura petā
tur bn̄ficia vnū cuiuſcūq̄ʒ anni valoris p ſimplicē ſignatu
rā et addita vt petiť duo aut tria: & nō vltra petita benefi
cia veniāt: dūmō etiā illoꝝ fruct⁹ &c. vltra. lx. in portatis
vel centū libraꝝ turonen̄. paruoꝝ cōmuni eſtimatiōe: ſi
ue tantūdē in illa moneta nō valeāt annuatim.

¶ Iſta regu. dr̄ ꝙ ſi petanť multa bn̄ficia in ſupplicatiōe vacātia vl' cer-
to mō vacatura. ſ. p pmotionē alicui⁹ ⁊c. tūc ſi papa ſignat hoc mō. ſ. fiat
tūc venit vnū bn̄ficiū cuiuſcūq̄ʒ valoris. ſed ſi ſignet ſic. ſ. fiat vt petiť: tūc
duo aut tria bn̄ficia ⁊ vltra veniūt: dūmō illoꝝ fruct⁹. lx. florenos in ab
ſentia vel. c. nō valeāt ſm cō. ext. hoc dr̄. Et rō dubitādi fuit: q̄ꝛ ſi multa
bn̄ficia petunť in ſupplicatōe: tūc ſi papa dicit fiat: videť ꝯcedere oīa pe
tita: arg. c. inter dilectos. cū glo. de fi. inſtru. q̄ꝛ qualis fuit petitio talis
p̄ſumiť rn̄ſio. l. i. §. ſi q̄s ita interrogareť: de v. obl'. tn̄ papa vult reſtringe
re deceptiōes curialiū ⁊ cupiditates. Et illud qd̄ dr̄ hic de valore ī por
tatis. lx. vel. c. ⁊c. ītelligi pōt duob⁹ modis. vno mō referēdo ſingula ſin
gulis. ſ. p fiat. lx. ⁊ p fiat vt petiť. c. facit glo. de relatiōe ſinguloꝝ ad ſin-



gula: in. c. ſi q̄s pecunia. lxxix. di. vl' pōt ītelligi ꝙ iſta clauſula referať tm̄
ad pxia. ſ. qn̄ dať duo vel tria p fiat vt petiť. qd̄ ptʒ ibi: illoꝝ ⁊c. ⁊ ſic re-
latio fit in pl'ali. ⁊ nō dʒ intelligi de vno tm̄. ⁊ hoc ptʒ: q̄ꝛ vnū intelligiť
cuiuſcūq̄ʒ valoris. ⁊ tūc dʒ ītelligi de. lx. in portatis. ſʒ de. c. reſidēdo. ſed
certe p̄mū poſſet ſaluari: q̄ꝛ valor bn̄ficij nō cōputať in reſidēdo: ſʒ in ab-
ſentia. vt vult in ſil'i Old. con. cxviij. qd̄ incipit. Ex vtute gr̄e: ⁊ facit glo
ſa. ⁊ qd̄ ibi dicūt doc. in. c. i. de cle. nō reſi. li. vi. ⁊ deci. rote. cxxxiij. q̄ inci
pit: Itē qn̄ ipetrať certū bn̄ficiū. ⁊ facit glo. ⁊ doc. in. c. i. de p̄bē. Et cre-
do ꝙ h̄ practicat cācellaria: camera tn̄ daret indiſtincte oīa petita ⁊ ma-
le. tn̄ ſic ſolet fieri: maxīe q̄ꝛ exp̄miť valor oīm ⁊c. ⁊ iſta rl'a nō eſt danda:
q̄ꝛ cōcernit expeditionē lraꝝ ⁊ nō habet decretū irritās.

## ¶ Sequitur ſexageſimaprima regula

¶ Itē voluit ꝙ in gratijs q̄s pſonis quibuſuis de beneficijs
vacātibus ſeu certo modo vacaturis fieri cōtigerit illorū
& alioꝝ q̄rūcūq̄ʒ beneficioꝝ que dicte pſone tūc obtinu
erint: ſeu de q̄bus eis fuerit puiſum vel cōceſſū aut man
datū puideri ver⁹ valor annu⁹ p marchas argēti aut ſter
lingoꝝ vel libraꝝ turonen̄. paruoꝝ: ſeu florenos aut du
catos vel vnciaꝝ auri ſeu alteri⁹ monete valor ſecūdū cō
munē eſtimationē exprimať niſi motu pprio gr̄e hmōi
fiāt: vel pſone p̄dicte bn̄ficia q̄ tūc obtinuerūt: aut ī qui-
bus vel ad q̄ ius eis cōpetit iuxta ipaꝝ oblatiōes: vel al's
dimittere teneanť: alioquin p̄fate gratie ſint nulle Et idē
ſeruať in expectatiuis de bn̄ficijs obtētis: & in quib⁹ ſeu
ad q̄ ipetrāti ius cōpetit & illoꝝ valore.

¶ Iſta regula dr̄ ꝙ in gratijs factis de aliq̄bus bn̄ficijs debet fieri exp̄ſ
ſa mētio: ⁊ de valore illoꝝ bn̄ficioꝝ ⁊ alioꝝ que obtinēt ipetrantes: ⁊ ad
q̄ ius hn̄t ſm cō. eſti. al's ꝙ dicte gr̄e ſint nulle: niſi ſit gr̄a facta motu p-
prio: vel al's impetrās teneať dimittere bn̄ficia q̄ obtinet p oblationē ſuā
vel al's. ⁊ idē vult ſuari in expectatiuis de bn̄ficijs obtētis. ⁊ de his in q̄
bus ius ſibi cōpetit: ⁊ de illoꝝ valore. hoc dr̄. Et iſta regula eſt ppť diſ-
poſitionē iuris cōis: q̄ꝛ nō cauet iure ꝙ ipetrās teneať facere mentionē va
loris bn̄ficioꝝ q̄ obtinet: vt dr̄ glo. in v. vel alteri. poſt p̄n. in cle. i. de pre
ben. ⁊ tenet deciſio rote in nouis. ccxc. q̄ incipit: Itē lʒ impetrans: tn̄ iſta
rl'a orta eſt ex regula vrbani. vi. quā refert ad litterā ſup̄dictā deci. ⁊ al's
eſt in aliq̄bus libris in deciſiōe ſequenti: vbi recitať quaſi ad longū iſta
regula: ⁊ addiť ibi id fore in cōfirmatōibus. p qua facit glo. quā dr̄ bene
notā dn̄ Domi. ibi ī. c. ſi apl'ice. de p̄bē. li. vi. ⁊ qd̄ diciť hic de valore bn̄fi
cij obtēti ⁊ obtinēdi ſm valorē marchaꝝ ſterlingoꝝ ⁊c. dʒ ītelligi ſm na
tiōes vbi ſunt iſte monete. tn̄ ſi vn⁹ hyſpan⁹ poneret iſtū valorē ⁊ nō ma

cioſe credo ꝙ ſufficeret: qꝛ ſatis eſt facere vel dicere illd qd facit vel dicit lex. l. i. §. pe. ff. de aleaco. ⁊ de valore obtinẽdi etiã nõ repio tñ niſi in extrauag. Io. xxij. ſm taxatõꝫ decie: ſꝫ nõ ſm veꝝ valorẽ: ſꝫ illa rł'a verbani hodie dr ⁊ eſt h ꝓpt' mediã ãnatã qñ excedit. xxiiij. libras bñficiũ ⁊c. ⁊ qꝛ hodie iſta regula nõ ſuat'. qꝛ ſatis ẽ iñ clauſul' ponat' illa clauſula: ⁊ ꝙ obſtãtie maxime bñficiales oratorꝫ habeant' ꝑ expſſis. iõ nõ inſiſto i ea ꝗ ad bñficia obtẽta. nã in bulla ponit' illa clauſula: ꝗꝝ veros valores h nolumus hr̃e ꝑ expſſis ⁊c. ſꝫ ꝗ ad obtinẽdũ ĩpetratũ dꝫ ĩtelligi exceptꝫ diſtributionibꝰ ꝗtidianis: vt dr deci. rote. cxxx. ꝗ incipit. Itẽ qñ ĩpetrat'. ⁊ idẽ vult Io. de mortua. ⁊ ãniuer. in rubrica de cõceſ. ꝑben. i addi. ad ſpecu. ⁊ mea deci. h refert. ⁊ de p̃mis eſt cõſiliũ Ol. cxviij. qd icipit: v'tute gr̃e. qd ꝓpoſui in ti. de v'. ſig. Itẽ circa obtenta nõ omittã de illo bñficio qd ꝗs hꝫ ꝙ ſtipẽdiũ: ⁊ nõ i titulũ nõ tenet' ꝗs facere mẽtiõꝫ: ⁊ hic vult vna deci. in anti. ccxxxij. quã refert Wilis in v'. grãm bñficij ĩpetrãs: ſed ego allego tex. ſingul'. ꝙ illud nõ dr ꝓprie bñficiũ. ⁊ ꝙ cleric' coniugatꝰ põt illd retinere i. c. ſi ꝗ ſunt clerici. xxxij. di. Itẽ incꝫtũ hic dr. iuxta ĩpaꝝ oblatiões ⁊c. dꝫ ĩtelligi. i. iuxta petitionẽ ptis ĩpetrãtis ꝗ dicit ĩ ſupplicatiõe ꝙ offert ſꝫ dũ ſm tale bñficiũ ꝑ aſſecutionẽ iſtiꝰ ⁊c. Et ꝗ ſequit' ꝙ ſi poſtea vellet dimittere illa vel aliud ꝗ vel qd obtinebat ꝙ nõ ꝓpt'ea valet gr̃a ꝑ v'bũ tũc: qd denotat tp̃s date ĩpetratõis ⁊c. c. ſi eo tp̃e. de reſcꝑ. li. vi. facit gl'. in cle. ij. de heret. in v'. extũc. ⁊ qd dixi. s. in phe. Itẽ ex hac rł'a ibi vl' al's ⁊c. ſequit' ꝙ ĩpetrãs bñficiũ curatũ: lꝫ nõ faceret mẽtionẽ valoris alteriꝰ curati qd obtinet: vel alteriꝰ incõpatibil'. tñ qꝛ vacat p̃mũ ĩpo iure ꝙ nõ ꝓpt'ea viciaret' iſta ĩpetratio: etiã p̃mũ dimittere tenet' ſm hãc reg. in ꝯtro. c. de multa. de ꝑben. Itẽ iſta rł'a ꝗ ad bñficiũ ĩpetratũ bñ eſt dãda hodie: ⁊ data fuit tp̃e meo: qꝛ habet decretũ irritãs: ⁊ etiã ꝗ ad obtẽta daret': niſi i bulla poneret' illa clauſula quã ſupꝰ dixi. ſ. ꝗꝝ veros valores ⁊c. Sixtus tñ fecit vnã aliã reg. ꝙ teneret' ꝗs exp̃mere oĩa bñficia ⁊ eoꝝ valores ꝗ obtinebat tp̃e ĩpetratiõis: al's anullabat. ſed poſtea fuit caſſata ob cãꝫ. Itẽ ex p̃dictis etiã ſequit' ꝙ de pẽſione quã ꝗs nõ habet ĩ titulũ ab eccl'ia nõ tenet' ꝗs etiã facere mẽtionẽ valoris nec ĩpius pẽſionis. facit quod dr Io. an. i. c. poſtulaſti. ⁊ in. c. ad audiẽtiã. de reſcrip. ⁊ Domi. i. c. ſi paup. de ꝑben. li. vi. al's ſic. facit glo. in. cle. ij. in v'. ꝗcũqꝫ. de vi. ⁊ ho. cle. ſꝫ qꝛ hodie ꝗlibet penſio ſuccedit loco beneficij: qꝛ eſt ad vitã recipiẽtis: ideo credo ꝙ teneat' impetrãs facere mẽtionẽ.

Diſtributões ꝗtidiãe an cõputent' in valore beneficij

¶Sequitur. LXII. regula.

Itẽ voluit et ordinauit ꝙ qñ ꝓuidet ſeu mãdat ꝓuideri alicui de bñficio eccl'iaſtico vacãte: tũc dari poterũt clauſule ſi petant': etiã ſi illud ꝗuis mõ &c. ſeu ꝑ cõſti. execrabilis: vacet ac ſpãliter reſeruatũ iter alios litigioſum ſit et eiꝰ collatio deuoluta fuerit: & ſi ꝓ collitigante vel ſubrogationẽ aut ſi neutri vel ſi nulli &c. petẽte ſit tũc ſpecifice lis exprimat' nec det' aliꝗ gñalis reſeruatio diſpoſitiue



niſi deſuꝑ in cõceſſiõe ſpãlis et expſſe: ac pure & nõ ſub cõditiõe mẽtio fiat. tũc reliꝗ reſeruatiões inibi cõtẽte veniãt. ſi vero tp̃e expeditõis inde litteraꝝ gñalis reſeruatõ hmõi ꝓbari nõ poſſit: aut ĩ nouis ꝓuiſiõibꝰ aut ꝓ collitigãtibꝰ ſi neutri &c. ſit expſſũ ꝙ ab aliqbus aſſerit' illũ cuius bñficiũ cõcedit' collectorẽ/ſubcollectorẽ: breuiatorẽ vel familiarẽ &c. fuiſſe clauſula apponat' etiã ſi dictũ bñficiũ ex eo ꝙ talis collector vel ſubcollector abbreuiator vel familiaris &c. fuit diſpõni apl'ice gñaliter reſeruatum exiſtit: dũmõ nõ ſit in eo alicui ſpãliter ius ꝗſitũ. in reliqs vero nulla clauſula det'. vñ reſeruatio gñalis elici poſſit: niſi deſuꝑ ſignatura ꝑ duplex fiat ſignata ſit: aut ꝑ reformationẽ vel alias ſpecialiter habeat'.

¶ Iſta rł'a dr ꝙ qñ papa mãdat alicui ꝓuideri vel ĩpe ꝓuidet de aliꝗ bñficio ꝙ ſi in ſupplicatõe petat' ꝙ cõferat' ꝗuis mõ vacet ſiue ꝑ cõſtit'. execrabilis: etiã ſi al's reſuatũ ſit: vel iter alios ſit litigioſum: ⁊ ſi ſit etiã deuoluta collatio ad ſedẽ apl'icã: oẽs clauſule dent'. Itẽ ſi petat' ſurrogatio ꝓ collitigãte. vel ſi petat' gr̃a: ſi neutri: vel ſi nulli: tũc det' ſi h ſpecifice petat'. Itẽ ꝙ ꝑ clauſulas p̃dictas poſitas in ſupplicatõe nõ det' aliꝗ gñalis reſuatio diſpoſitiue. ſ. ꝙ papa ꝓuidet ĩpetrãti de bñficio vacãti in curia ⁊c. niſi fiat expſſa mẽtio de tali reſuatiõe ⁊ nõ ſub cõditõe ſꝫ pure. ⁊ tũc det' gñalis reſuatio expſſa. ⁊ etiã h caſu alie reſuatiões cõtẽte: put ſupꝰ eſt dictũ. veniũt etiã ſi petãt' ſub cõditiõe. Itẽ dr ꝙ ſi tp̃e expeditiõis bullaꝝ nõ poſſit gñalis reſuatio hmõi ꝓbari: tũc nõ dꝫ dari clauſula ꝑ quã gñalis reſuatio elici poſſit: niſi exp̃mat' ĩ nouis ꝓuiſiõibꝰ: vel gr̃a: ſi neutri vel ſi nulli ꝓ collitigãtibꝰ ꝙ ab aliqbꝰ aſſerit' illũ cuiꝰ bñficiũ cõcedit' collectorẽ vel ſubcollectorẽ vel familiarẽ pape vel cardinal' fuerit: qꝛ tũc dꝫ poni clauſula: etiã ſi dictũ bñficiũ ex eo ꝙ tal' collector vl' ſubcollector abbreuiator vel familiarꝫ cardi. fuerit diſpõni apl'ice gñalit' reſuatũ extat: dũmõ alicui nõ ſit ſpãlit' ius ꝗſitũ. Itẽ ꝙ p̃dicta reg. eſt vera niſi deſuꝑ ſig̃tura ꝑ duplex fiat ſit ſignata vel ꝑ reformationẽ vel alit' ſpãlit' cõcedat'. h dicit notãter iſta reg. ꝗ docet te facere ſupplicatiões ꝑ bñficio vacãti ſiue ꝑ nouã ꝓuiſionẽ ſiue ꝑ ſurrogationẽ ſiue ꝑ gratiã ſi neutri aut ſi nulli. ⁊ declarat tibi v'ba poſita in ſupplicatõe. Itẽ dat modũ faciẽdi minutã ſuꝑ tali ſupplicatiõe. Itẽ declarat tibi ꝗ eſt gñalis reſuatio meliꝰ ꝗꝫ deciſio rote ⁊ meliꝰ ꝗꝫ Io. mil'. ⁊ meliꝰ ꝗꝫ ceteri doc. Et colligit' hvna re. ſ. ꝙ gñal' reſuatõ diſpoſitiue nũꝗꝫ dꝫ dari ĩ bulla niſi ĩ caſibꝰ h expſſis ⁊ ĩ h ẽ hodie dr̃ia iter ſpãlẽ ⁊ gñalẽ reſuatõꝫ: al's ꝗ ad ꝓuiſiões pa. ꝙ ad eũ ſolũ ꝑtĩeat ⁊ ñ ad aliũ ĩferiorẽ nulla ẽ dr̃ia int' ſpãlẽ ⁊ gñalẽ: vt dixi. s. i. ij. re. ſufficiat. c. ſi eo tp̃e. de elec. li. vi. ſꝫ eſt dr̃ia in h ꝙ etiã ſi v'ba oĩa h poſita narrarent' ĩ aliꝗ bulla: tñ nõ ꝓpt'ea diceret' venire gñalis reſuatio.

